
6
3 F
44




CHRISTOPHORI SAXI PERVSINI GRAMMATICAE

Institutiones,

Dilucida breuitate copiosissimæ, & iam ab ipso recognitæ;

Et cum Arte Metrica, facili, & breuissima; nunc primum in lucem editæ.







FLORENTIAE,

Ex Officina GEORGII Marescoti. 1574.


Pertinet ad Bibliothecam S. Francisci Transtyberim

CHRISTOPHORVS SAXVS PERVSINVS CANDIDO LECTORI S. P. D.



ON me fugit Candidisſime Lector, multos hoc meum de Grãmatica Inſtitutione opuſculũ ſummopere miraturos; cum poſt tot eruditiſsimos viros, qui de hac arte copioſè, & accuratè ſcripſere, ego in præſentia auſus ſim, tanquam anſer inter olores, de ea quidquam concinere. Et idcirco huiuſce meæ inſtitutionis cauſá paucis accipe, quò prorſus omnis ceſſet admiratio. Non inficior equidem plurimos de hac re longis voluminibus multa eleganter, & eruditè tractaſſe, vt Diomedes, vt Donatus, vt Priſcianus, & alii ferè innumerabiles, tum veteres, tum noſtræ ætatis ſumma eruditione viri. Verum doctiora, & difficiliora eorũ ſunt opera quàm tirunculis diſcenda proponi poſsint. Vnde effinxere permulti erotemata quædam perbreuia diſcipulis ſuis ediſcenda; Sed dum verboſam prolixitatem effugere conati ſunt, multa prætermiſere neceſſaria, & ineptè multa admiſerunt. Alii dum voluere cũcta cõplecti, & regulis ſuis diffidentes auctorum interponere exempla, ac futiles nonnullas diſceptationes, ſic omnia commiſcue-

miſcuerunt, vt ipſo ſint labyrintho intricatiora. Euenit tandem vt tanquã ex hydra lernæa aliud ex alio ortum ſit malum:quoniam inter tot,quæ de re litteraria prodiere volumina,nullis fermè in ludis litterariis iidem ediſcuntur grammatici, nõ ſine maximo adoleſcentulorum omnium detrimento,priora enim videtur omnia fruſtra didiciſſe, vbi àlterius præceptoris ſubire cenſuram cogũtur. Vt noſtris igitur laboribus tantæ omniũ perniciei (ſi Deo placet optimo) conſuleremus, ex iis omnibus, qui de hac arte tractarunt, ea potiſſimum excerpſimus, quæ pueris perutilia, & neceſſaria viſa ſunt,& eo quidem ordine digesſimus, eaq́; perſpicuitate perſtrinximus omnia, vt non modo litterarii ludi magiſtris faciliora ad docendum, verum ipſis quoque diſcipulis ad percipiendum ſint iam luce ipſa clariora. Et quò non nihil etiam curioſis ſatisfacerem, adſcripſi in margine multa, quę vel diuerſam monſtrant alterius ſententiam, vel ad dictorum meorum rationem, & auctoritatem pertinent, vel compendiosè dicta melius explicant, quo nullo negotio poſsit quilibet cuncta percipere, & his iactis fundamentis deinceps ad maiora peruenire. Nec mihi vitio vertas ſuauiſsime lector, ſi totum ferè hic appoſui Varini examen. Id enim prudens feci, quò meis morem gerem diſcipulis,aliisue eiuſmodi examini aſſuetis, & quia ad cetera is mihi videtur ordo optimus, atque omnium facillimus. Neque tibi ſtomachum moueant, quæ de varia conſtru-





ctione asterisco * notata post cuiusq; verborũ speciei formulam conscripsimus, vt quæ sint præter puerorum captum. Nolo enim pueros primo ductu ea ediscere: sed simplices a capite ad calcem formulas primitus percurrere. Vbi vero secundo eandem ituri sunt viam, ne sicco pede transeant, ea tunc sibi facilia, & ad latinam syntaxin perop portuna, velim memoriæ mandent. Nam sic ad construendas lectiones, ad epistolas conficiendas, ad pangenda carmina facilius, & citius adducentur. Habes præterea de temporum, & supinorum formatione necessarium adolescentibus per verborum terminationes compendium, & per breue de orthographia, & latinis accentibus enchiridion etiam ætate adultis vtilissimum cum arte Metrica, nequid pueris desit, nunc nuper addita, Suscipe igitur, lector ornatissime, hilari fronte, & æqui boniq; facito hæc omnia, non ad laudem, aut gloriam mihi vllam aucupandam cõscripta, sed ad studiosam adolescentiam pro viribus iuuandam. Si quid tamen offendes, aut minus accuratè scriptum, aut forte incuria omissum, vel ignoscas (nemo enim potest omnia) vel sereno vultu addas, & emendes, non modo enim ad limam, & lineam redigi non recuso, quò omnibus bene consultum sit, verùm etiam ingentes laudes, maximas gratias, perpetuamq; beneuolentiam illi offero, qui me, ne ad eundem lapidem corruam, benigne, & fideliter admonuerit. Vale.

Aurelius

Aurelius Clementius Lectori.

Si qua alij longis vix edocuere libellis
Discere vis breuiter dogmata grammatices,
Hunc paruum tibi sume librum: nā cuncta reponent
Ordine, pro cunctis hic tibi solus erit.

Typographus Lectori S.



Eruenere proximis diebus ad manus nostras, lector ornatissime, grāmaticæ quædā institutiones Christophori Saxi Perusini: quas cū mihi multi doctissimi viri cōmendarent, & vt imprimendas curarem, peterent, rogarentq; vehementer, volui, tum illorū cōmendatione motus, tum institutionū ipsarū titulo allectus qui copiā cū dilucida breuitate pollicetur, illas pcurrereq; qbus tandē plectis nō potui hominis certè solertissimi ingeniū nō admirari summopere, cū tanta breuitate ea oïa ex variis, optimisq; grāmaticis non sine acri iudicio selecta cōplexus fuerit: quæ ab omni labe ex purgata prẹter futiles grāmaticorū cōtentiones, ad recta, & vera in arte grāmatica fundamēto breuissimo temporis curriculo iaciēda ex classicorū auctorū vsu, vnde tota hęc pēdet ars, pueris sūt maximè necessaria, & satis superque ad altiora studia tendentibus, qđ vbi etiam ab aliis eruditissimis viris, quibus, ne proprio deciperer iudicio, has legēda dederā, affirmari viderē: quò litterarū studiosis, quorū præcipuè cōmodis studeo, has possem pluribus imperti re libellum in præsentia forte fortuna nactus manu ipsius auctoris correctū cū arte metrica omniū facillima, & breuissima, sub eius priuilegiis, vt conuenimus, nostris typis cudendum mādaui, & vt quàm emendatissimus ederetur curaui: quò seposita tandem aliorum barbarie, latini eloquij candorem nullo fere negotio assequaris. Vale lector studiosissime, & his fruere, quæ de integro vetera'cunt.

DEIPHOBVS LVCARELLVS
Camers ad Lectorem.

Christophorus latio, ac graio sermone disertus
Hoc breue conflauit candide lector opus.
Cui mirum? tales atomorum Academia fundit.
Quales nec norunt secla priora viros.
Grammaticos Canones artis fundamina primæ:
Plurima quæque alij non docuere docet.
Addidit accentus quæ sit natura, quis ordo:
Singula; sed grauis est enumerare labor.
Demorsos sapiens vngues dignissima cedro
Pagina: num metuet cinamma, thura, crocum?
Quid moror hic multis? si nosse Palæmonis artem;
Cingere si Daphnes tempora fronde cupis;
Christophori mercare tibi compendia Saxi,
Exiguo vænum quæ dabit ære Tryphon.

FRANCISCVS SANCTACRVCIVS
Montonensis ad Studiosos.

IGNARVM vulgus tenebras induxerat arti,
Quam domina docuit primus in vrbe Crates.
Vt verò affulxit vultu, ceu stella, nitenti
Christophorus, clarum sparsit in orbe iubar.
Dimouit nebulas, erroresque abstulit omnes,
In quibus & magni sæpe fuere viri.
Nam vetera illustrans, complectitur omnia solus,
Quæ libri antiqui, quæ docuere noui
Exiguum, magnumque simul, qui pondere paruo
Multa vehit, iuuenes voluite quæso librum.
Laurifer hic pandit diuina oracula Phœbus:
Hic & Tiresias omnia vera canit.

GRAMMATICÆ INSTITVTION.

Ad communem omnium vsum in compendium hoc vtilissimum à Christophoro Saxo Perusino redactæ.

P. I.



VID est Grammatica? est ars recte loquendi, recteq; scribendi, scriptorum, & poetarũ lectionibus obseruata. Quot sunt partes præceptiuæ grammatices? quatuor littera, syllaba, dictio, & oratio Littera; vt D, Syllaba, vt De, Dictio, vt, Deus, Oratio, vt Deus amat bonos. quid est littera? est minima pars vocis compositæ: vel littera est vox indiuidua, quæ scribi potest. Vnde dicta est littera? a lino, vel a lego quasi legitera, quòd legẽtibus iter præbeat. Quid est syllaba? est comprehensio litterarum sub vno accentu, & vno spiritu indistanter prolata. Quid est dictio? est minima pars orationis compositæ quantum ad sensum. Quid est oratio? est congrua dictionũ ordinatio perfectam sententiam demonstrans. Quot sunt litteræ, quibus nunc vtuntur Latini? vna, & viginti, a, b, c, d, e, f, g, i, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, y, z, nam K, est supernacua, & H, est aspirationis nota. Quot sũt vocales? quinque latinæ, a, e, i, o, u, & vna græca y, qua vtimur in dictionibus grȩcis, vt Hieronymus. Quot sunt diphthongi? quatuor, æ, œ, quæ scribuntur, at non proferuntur: au; & eu, quæ & scribuntur, & proferuntur. Quot sunt consonantes? quindecim, b, c, d, f, g, l, m, n, p, q, r, s, t, x, & z, I, etiam & u, sunt quandoque consonantes, cum eas sequitur vocalis in eadem syllaba, vt Iupiter, & Venus. Quot sunt mutæ? octo, b, c, d, f, g, p, q, t. Quot sunt semiuocales? septem,

Priscianus de accentibus. Habẽt & litteræ, & syllabæ elemẽta: sed litterarũ elemẽta sunt ipsæ pronunciationes. Syllabarum vero ipsæ productiones.

Literarum accidentia tria Nomen, Figura; potestas.

Syllabarum vero 4. Tenor, Spiritus, Tẽpus, & Numerus, ad sex tãtũ littera ascẽdens: vt Prisc. strigs tamen Aldus affert.

Vocales, quod per se voces faciant.

Æ, & œ, sonant e.

Veteres aliter pronunciasse multi cõtendunt.

Consonantes, quòd cũ vocalibus sonẽt.

Pars orationis dicitur quæ mentis cõceptum exprimit Priſcianus.

Genera nominũ quę nouit natura sũt Maſcul. & Fœm. & hæc principalia.

Promiſcua, & Epicœna dicuntur, quæ ſub vno articulo cõprehendunt marem, & fœminã, vt hic paſſer, hæc aquila, hic anſer, hæc cornix. Sic Quintil. Plin. Diom. & omnes ferè docti aſſerunt, & ſic poſcit ratio.

Alteruter tamen ex parte tãtum exteriore inflectitur, vt Alterutrius, alterutri, quod tamen in fœmınino, & neutro ex corrupto eſt & integro, aut. Priſc. licet apud veteres ex vtraque parte ſit quoque declinatum. Lege Priſ. lib. 5. de figuris.

Fœminina in um, vt glycerium habẽt accuſatiuum, & vocati

ſeptem, l, m, n, n, r, ſ, x, & z. Quot sũt duplices? duæ x, & z. x, pro c, & ſ, z, verò pro duplici, ſſ, ponitur. Quot ſunt liquidæ? quatuor, l, m, n, r.

QVOT ſunt partes orationis? octo: quatuor declinabiles, nomen, verbum, participium, & pronomen: & quatuor indeclinabiles, præpoſitio, aduerbium, interiectio, & coniunctio. Quot ſunt accidentia nominis? quinque ſpecies, genus, numerus, figura, & caſus. Quot ſunt ſpecies nominum? duæ, primitiua vt mons: deriuatiua, vt montanus. Quot sũt genera nominũ? ſeptem large loquẽdo: maſculinũ, vt hic deus, fœmininũ, vt hæc Maria: neutrũ, vt hoc cœlũ: cõe vt hic, & hæc virgo: oẽ vt hic; & hæc; & hoc felix: ꝓmiſcũ; vt hic paſſer: incertũ vt hic vel hęc dies. quot sũt numeri nominũ? duo ſingularis vt nauta, pluralis vt nautæ. Quot sũt figuræ nominũ? duæ: Sĩplex vt iuſtus, Cõpoſita vt iniuſtus. quot modis cõponũtur nomina? quatuor, ex duobus ĩtegris: vt ſuburbanus: ex duobus corruptis vt opifex: ex integro, & corrupto, vt ineptus: ex corrupto & integro, vt armipotẽs: & de pluribus etiã, ut inexpugnabilis: imperterritus. Quot modis cõponuntur ex duobus nominibus? trifariã: ex duobus rectis: ut reſpublica, & vterque inflectitur: ex recto & obliquo, vel obliquo & recto, vt paterfamilias, iuriſconſultus, & rectus tãtum inclinatur: ex duobus obliquis, vt aliusmodi: eiusmodi: & eſt indeclinabile, & commune trium generum. Quot ſunt caſus nominum? ſex, nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, vocatiuus, & ablatiuus. Quot ſunt recti? vnus ſcilicet nominatiuus. Quot ſunt obliqui? quatuor, genitiuus, datiuus, actũs, & ablatiuus, uocatiuus enim eſt per ſe vocandi caſus, & ponitur ſine articulo. Quot ſunt articuli? tres, hic, hæc, hoc: hic monſtrat genus maſculinum, hæc fœmininum, hoc neutrum: at hic & hæc commune duum generum; hic hæc hoc: cõ

mune

mune trium generum : hic, vel hæc incertum, hic passer, & hæc aquila promiscuum. Quot sunt declinationes nominum? quinque, Prima, secunda, tertia, quarta, & quinta. Prima cuius genitiuus singularis in æ; diphthongum definit, vt hic poeta, poetæ. Secunda in i, dominus, domini. Tertia in is, vt pater, patris. Quarta in us, vel in u, ut uisus, & cornu. Quinta in ei diuisas syllabas, ut res, rei. Quot genera, & terminationes habet quælibet declinatio? Prima habet tria genera, masculinū, fœmininū, & cōmune, & tres terminationes as, es, a. Secunda habet tria genera, masculinum, fœmininum, & neutrum, & sex terminationes, er, ir, ur, um, us, & eus, p eu diphthongū. Tertia habet omnia genera, & quinquaginta octo terminationes. Quarta habet tria genera, & duas terminationes us, masculini, vel fœminini, & u, neutri tantum. Quinta habet tria genera, masculinum fœmininū, & incertum, & vnam terminationem, es. Quot sunt nomina quę cum compositis, vt tria pronomina secundi modi declinantur? septem, vnus, totus, solus, alius, alter, vter, & vllus. Quod est nomen propriū? quod uni soli conuenit, vt Marcus. Quod est nomen appellatiuum, quod naturaliter cōmune est multorum, vt homo. Quod est nomen substantiuū? quod variatur per unū articulum tātum, ut hic Petrus, vel ad summū p duos, ut hic, & hæc homo. Quare dicitur substantiuum? quia per se stare potest. Quod est nomen adiectiuum quod uariatur per tres articulos, & tres uoces, ut hic alacer, hæc alacris, & hoc alacre, uel per tres articulos, & duas voces, vt hic, & hæc fortis, & hoc forte, uel per tres articulos & vnam vocem, ut hic, & hæc, & hoc felix, uel per tres diuersas uoces, ut albus, alba, album. Quare dicitur adiectiuum? quòd adiacet alteri idest substantiuo. Adiectiuum cum substantiuo in quot debet concordare? in tribus, in gene-

uū similes nominatiuo iuxta neutrorū formam. Promiscuū .n. sub masculino cō plectitur, vel fœminino.

E, græca est ut penelope, penelopes, pe. pen. pe, pe, Os, & on vt Ilios, & barbiton græca sunt.

Quis uel qui inter hæc non ponendum; tum qđ veterum scola pronomen esse voluit, tum qđ in genitiuo i, consonantem hēt, nec ex horū forma sit declinatū quā do Pris. ipse lib. 13. cap. 3. dicit Hoc secundum tertiam, & secundam declin. terminatum; Hæc vero ex prima & secūda: ergo diuersa, nec ponēda sub eadem forma declinationis, vt latrant Apostatæ. Ad hanc formam, declinato campester, voluc̄er, acer, pedester, equester, syluester, paluster, celeber, saluber, mediocer.

Idem serua cum participiis, & pronominibus.

genere, numero,& casu,ut uir facetus. Relatiuum cum antecedente? in duobus, in genere, & numero, ut uir facetus qui. Nominatiuus cum verbo? in duobus in numero, & persona, ut uir facetus qui docet,& ego qui doceo.

Relatiuum enim subit personam sui antecedentis.

QVid est uerbum? est pars orationis declinabilis, cum modis,& temporibus sine casu agere, vel pati significans. Quot sunt accidentia verbi? octo, genus,tempus,modus,species,figura,coniugatio, persona, & numerus. Quot sunt genera verborum? quinque actiuum,passiuum,neutrum, commune,& deponens. Quot sunt tempora verborum? quinque, præsens,præteritum imperfectum, præteritum perfectum, præteritum plusquamperfectum, & futurum. Quot sunt modi verborum? quinque, indicatiuus,imperatiuus,optatiuus,subiunctiuus, & infinitiuus. Quot sunt species verborum? duæ primitiua,ut ferueo, deriuatiua, ut feruesco. Quot sunt figuræ verborum? duæ, simplex ut amo, composita ut deamo. Quot sunt coniugationes verborum? quatuor, prima, secunda, tertia, & quarta. Prima quæ in secunda persona præsentis indicatiui habet, as, aut aris, ut amo, amas, & amor amaris. Secunda habet es aut eris longum, ut doceo,doces,& doceor doceris. Tertia habet is, aut eris breue, vt lego,legis,& legor legeris. Quarta habet is,aut iris longum,vt audio, audis, & audior audiris. Quot sunt personæ verborum? tres. prima ut amo, secunda ut amas, tertia ut amat, & sic in plurali, prima ut amamus, secunda ut amatis, tertia ut amant. Quot sunt numeri verborum? duo,singularis ut amo,pluralis ut amamus. Quot sunt uerba anomala? quatuor, sum,volo, fero, & edo,cum suis compositis. Quot sunt uerba apocopata? tria, dic duc, fac.

Verború genera præcipua sunt duo personale,& impersonale;personale deinde in hæc quinque.

Tempus verbo attribuitur ad significandum quãdo eius fiat actus.

Fer enim seruat regulam formationis. Sic Diom. Don. Al-

QVid est pronomen? est pars orationis declinabilis,quæ pro nomine ponitur, & certam significat

gnificat perſonam. Vnde dicitur pronomen? ex pro, & nomine. quod pro nomine ponatur in oratione. Quot ſunt accidentia pronominis? ſex, ſpecies, genus, numerus, figura, pſona, & caſus. Quot ſunt ſpecies pronominum? duæ, primitiua ut ego, deriuatiua ut meus. Quot ſunt pronomina primitiua? octo, ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, & is. Quot ſunt pronomina deriuatiua? ſeptem; meus, tuus, ſuus, noſter, ueſter, noſtras, & ueſtras. quot ſunt genera pronominum? quinque; maſculinum, ut ille, fœmininum, ut illa, neutrum, ut illud, commune, ut noſtrates, & ueſtrates, omne ut ego, tu ſui. quot ſunt numeri pronominum? duo, ſingularis ut ego, pluralis ut nos. Quot ſunt figuræ pronominũ? duę. ſimplex ut is, compoſita ut idem. Quot ſunt perſonæ pronominum? tres Prima, ut ego. Secunda, ut tu. Tertia, ut ille. Quot ſunt caſus pronominum? ſex; nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, uocatiuus, & ablatiuus. Quot ſunt pronomina modo relatiua, & modo demonſtratiua? quinq; hic, iſte, is, & ipſe. Quot ſunt pronomina tantum demonſtratiua? duo, ego, & tu. Quot ſunt pronomina poſſeſſiua? quinque; meus, tuus, ſuus, noſter, & ueſter. Quot ſunt pronomina gentilia, ſeu patria? duo noſtras, & ueſtras. Quot ſunt pronomina habentia uocatiuum? quatuor; tu, meus, noſter, & noſtras.

dus. Laſcaris, & ipſe Priſcianus lib. 17.

De his, & compoſitis nulla eſt dubitatio apud latinos, Diomedes, & Donatus.

Suus & ſui ſunt reciproca.

Tibul. tamen dixit. Si fas eſt mos precor ille redi. vbi ille videtur eſſe uocatiuus.

QVid eſt participium? eſt pars orationis declinabilis habens genera, & caſus ad ſimilitudinem nominis: tempora, & ſignificationes ad ſimilitudinem uerbi: numerum, & figuram ad ſimilitudinem utriuſque. Quot ſunt accidentia participiorum? ſex; genus, caſus, tempus, ſignificatio, numerus, & figura. Quot ſunt genera participiorum? quinque; maſculinum, ut lectus, fœmininum, ut lecta: neutrum, ut lectum: commune, ut hunc, & hanc legentem: omne ut hic, & hæc, & hoc legens. Quot

Quot sunt casus participiorū? sex; nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, vocatiuus, & ablatiuus. Quot sunt tempora participiorum? quinque coniuncta in tria; præsens, & præteritum imperfectum simul, ut amans: præteritum perfectum, & plusquamperfectum simul, ut amatus: futurum per se, ut amaturus, & amandus. Quot sunt significationes participiorum? quinque; actiua, vt amās: passiua ut amatus: neutra, ut seruiens: communis: ut largiens: deponens, ut persequens. Quot sunt figuræ participiorum? duæ: simplex, ut amans: cōposita, ut peramans. Quot sunt numeri participiorum? duo: singularis ut amās: pluralis; ut amātes.

RELATIVUM incipiens à C, vel Q: impedit verbum ne sit principale, & similiter Si, Cum, Postquam, Quamuis, & similia.

QVod est verbum actiuum? quod desinit in o, & format passiuum ex se in or; vt amo, amor: & vult ante se nominatiuum agentem; & post se accusatiuum patientem. Dicitur autem agens, à quo verbi actus egreditur: Patiens vero, in quem actus ille vtcunque transit.

COMMVNES casus sunt, pluris, minoris, tanti, & quanti cū compositis. Ablatiuus precii, datiuus significans in honorem, vituperiū, vtilitatem, damnum, & fauorem. Item accusatiuus, & ablatiuus temporis: & ablatiui instrumentales, materiales, & causales.

VErbum actiuum simplex est quòd vult ante se nominatiuum agētem, & post se accusatiuum patientem, vt ego amo Deū: & tu fastidis prauos.

Amo	as	aui	atum	per amare.
				item diligo colo
Acquiro	ri	siui	situm	per acquistare.
				item paro, comparo
Sperno	nis	spreui	spretū	per disprezzare
				item contemno

Aspi-

Significationes autē vocantur, quod ab eiusmodi verbis formantur.

Figura non eo modo participio accidit, quo nominis, & aliis partibus orationi.

Hoc enim per se cōpositum in aliam partem transit. Fit autē hic transitus trifariā Vbi capit post se vnicum accusatiuum, vt proprium casum; vt amo, aro, sequor: Vbi duos recipit actōs sine ꝑpositione vt proprios & hic vehemēs dicitur; vt Doceo: Et vbi admittit post se genitiuum, vel datiuum, vel ablatiuum, vt proprios casus, vt Ego, seruio vtor auxilior.

Desidero, opto, cupio, fero, porto, gero, gesto, torqueo, crucio, ango, nomino, voco, appello.

Occido, interficio, trucido, perimo, interimo.

Aſpicio cis ſpexi ſpectū per riſguardare. item reſpicio
Renuo nuis nui ſin.ſup. per rifiutarē itē reſpuo
Faſtidio dis diui ditum per hauere in faſtidio.
Verbero as aui atum per battere.itē pcutio
Conſulo lis lui ſultum per domādar cōſiglio
Honoro as aui atum per honorare.

* DICIMVS autem, hæc res non me fallit: & lepus fefellit canem: Ego faſtidio carnem: & per nomen, caro eſt mihi faſtidio. Hæc domus caperet centum homines, ideſt contineret, & hoc vaſculū vix ſemiunciam capit: & tu capis ex tuis prædiis ſexcenta ſeſtertia. Conſului medicos de ſumma valetudinis, & tua verba boni conſului, ideſt accepi in bonam partem. Ego metuo ſeu timeo tibi à Petro, ideſt ne mali tibi aliquid accidat cauſa Petri, vel propter Petrum, & tu timuiſti de conſulatu: & abs te metuo de verbis tuis, & timeo ne moriar, & timeo ut moriar, idem pollent. Facio hanc conie-cturam de me; Feci te hæredem teſtamento: quid toti facis conuicia cælo? Ad hanc rem fac ſumptū de tuo; cur tantum hominem facis tibi inimicum? Iſtud æqui boniq; feci. Fac periculum in litteris. Dies circiter viginti iter fec. Octo millium iter cō feceram. Fac licere. Fac voluiſſe. Fac ita eſſe. Habui tibi ſemper honorem, & dignitatem. Habui rationem tecum, ideſt computum. Habui hæc dicere, ſeu polliceri de hac re. De Cæſare ſatis dictū habeo. Eò minus neceſſe habeo ſcribere. Amiſi pecuniam, ideſt perdidi: Amiſi à me illum, ideſt remoui, vel repuli. Angit cura animum. Ango me animi, & ſic. Excrucio. Et paſſiue: Angor animi; & Excrucior idem. Animaduerte hæc, ideſt obſerua. Animaduerto in te, eſt punio. Taceo hanc rē. Et quid me tacere de hac re tanta poſtulas?

VErbum actiuum poſſeſſiuum eſt quod vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum

Perficio, abſoluo, cōpleo, canto, cano, appeto. Video, cerno, inuenio. Perdo, amitto. Reperio.
Iuuo, adiuuo.
Vulnero, ſaucio.
Laudo, probo, lego.
Cic. cū ablatiuo, ſed etiam recte factis faſtidiūt; ideſt faſtidio afficiuntur.
Plau. cum duobus accuſatiuis; ibo; & conſulam hanc rem amicos, quid faciendum cenſeant.

Aequi boniq; facere, eſt accipere in bonā partem. Habeo rationem tuę dignitatis. i. vt aiunt; reſpectum. Cic. Epi. xi. vt de me timeas aliquid; pro mea cauſa.

Seſtertiū genere neutro valet 25. ſcutatis

tiuum patientem: & deinde genitiuum vel ablatiuum sine præpositione. vt ego emi librum decem sestertiis, & tu insimulasti me furti.

Emo	mis	emi	emptū	p cōprare. itē cōparo
Vendo	dis	didi	ditum	p vēdere. itē venūdo
Reuendo	dis	didi	ditum	per riuendere
Aestimo	as	aui	atum	p istimar'ò appzzare
Existimo	as	aui	atum	per giudicare.
Loco	as	aui	atum	per dare à pigione, ò à fitto.
Conduco	is	xi	ctum	per togliere à pigione, ò à fitto.
Accuso	as	aui	atum	per accusare itē incuso, & īsimulo
Punio	nis	niui	itum	per punire. item mulcto, plecto.
Rephendo	dis	hendi	sum	per riprendere. item obiurgo, arguo, increpo, corripio.

* CASVS pretij ablatiuus esto, præter pluris, & tantidem, quæ in genitiuo semper ponuntur, & tanti quanti, quantiuis, quanticunque, quātilibet, & minoris, quæ sine substantiuo in genitiuo ponūtur, alias in ablatiuo. Caro, vili, duplo, & dimidio, non solent addi substantiua. Quin etiam care aduerbialiter dicimus. Magno, paruo, paululo, plurimo, & minimo, cum pretio, & sine ponimus: At tanto, & quanto frequens vsus addit precio. Comparatiuè, vilius, carius, melius, & peius: & sic superlatiue vilissime, & carissime aduerbialiter. Dicimus præterea, te vnius assis nō æstimo, seu non facio; & & magni parui, multi, plurimi, minimi, maximi facio, pendo, duco, curo, puto, æstimo amorem in me tuum. Emi mihi equum à Petro, meo periculo. Locaui tibi domum duobus denariis in mensem, & sic conduxi a te domum, &c. Mutaui aurum argento, & si quid dubium fuerit ære mutabo. Impleo

Sestertius vero genere masculino; valet 4. solidis nostris: vt denarius 16. & Quinarius 8.
Nō vēdo pluris tibi, quam aliis, fortasse etiam minoris. Muto, absoluo cōuinco. excuso, purgo, expurgo, infamo, taxo, sugillo, noto; Emi domum pæne dimidio carius; Cic.
Emi mea pecunia; in scripsit ędes mercedē. Ollam denariorum implere non potes, Cic. in Epi. Castigo damno, condemno, impleo.
Hiero. tamen ait, tāto æstimabitur: & Varro. vbi vilissimo emi poterūt ea bona cur tātulo venerint: Cic. pro roscio.
Sic enim nec preciū mere refertur; nec aliquid precio fieri notatur vnde etiam substantiuum iungitur pluris, tanti quāti; & minoris; vt Sal. tabulas vestras fecistis pluris pcij; & sic Var. & Plau. vsi sunt.

pleo genitiuo: & ablatiuo construitur; & cum de etiam; vt Hos nisi de flaua loculos implere moneta non decet. Nomina specialia criminum frequentius in genitiuo, ut, tu me proditionis insimulasti, quia te furti accusaui. Et sic ago, postulo, & arcesso & defero te furti, pecuniæ, capitis, idest accuso. Absoluit me cædis, imperij suspicione, & de præuaricatione. Hic se alligat furti, & furto, & sic conuinco. Purgo, expurgo, & excuso te cædis, & cæde. & purgaui me de interitu Marcelli, excusauit se mihi in eo ipso: excusauit morbū, & imbrem, idest in excusationem adduxit. Vbi vero specialia criminum nomina non fuerint, utimur ablatiuo, ut, damnarūt te iudices capite, manu, uita. Vnde dicimus. Ego neutro teneor, tu autem utroque. Et cum, de, accuso seu condemno; vel absoluo te de altero, de vtroque, de ambobus. Et per hæc verba licebit etiā tanti, & quanti cum substantiuis per genitiuum, ut tantæ pecuniæ, vel tantę summæ damnatus sū, quantæ me postulasti, seu accusasti. Dicimus etiā, accusauit me in hac re, & de hac re: Accusauit me de te; Accusauit inertiam adolescentium, & superbiam tuam. Accusauit me iudici, vel coram iudice, aut apud, uel ante iudicem. Et tu de alea es accusatus, seu condemnatus, qui me de repetūdis damnasti, Obiurgaui in hac re, & de Pompeij familiaritate illū, qui se auro a prædonibus redemit.

&Ter. quantiuis pretii dixit, vt Liui; minoris precij'. Dictū tamē est etiā; Sextius a iudice de ambitu ē postulatus: & ille accusatus; seu damnatus ē ambitu de maiestate. Et sic contra; accusat sceleris generum suum; accusat alterum pro bri; vnius peccati mulierem damnabant. Arguere aliquē alicuius facinoris Cic. Non dubitauit id ipsum; quod arguitur; confiteri. Idem pro Cęc. mortuos summi sceleris arguas; & de quo arguatur crimine; Cic. pro Rab. Tot nefariorum scelerum condemnati: idem Cic. ad At. damnasse enim sceleris hominē amicū reip. causa videret.

VErbum actiuum acquisitiuum est quod vult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem; & deinde datiuum, ut ego do panem pauperibus.

Do	das	dedi	datum	per dare. itē trado, prębeo, impēdo, exhibeo
Prohibeo	bes	bui	ibitum	per phibire, e vietare. item veto, interdico.
Repeto	tis	tij	titum	per repetere. item refero, recito, recenseo.

Scribo; rescribo.
Dico; narro.
Declaro; enucleo.
Affirmo; assero.
Dono; marito.
Debeo; concilio.
Deligo; numero.

Pro-

Memoro. Recolo. Nuncio. Soluo. Dissoluo. Significo. Reddo. Restituo. Iudico. Mitto. Remitto. Permitto. Respondeo.
Numeraui tibi pro illo pecuniã de meo.
Do tibi herbam idest fateor me a te victũ.
Do fidem: promitto.
Dabis pœnas.
Dedisti mihi verba; decepisti.
Sic pignori. seqstro. crimini. vitio. laudi.
Sic etiam dicimus.
Describere statuere: Reddere. Dimittere.
& Dare in militem in fundũ; in iugerũ; in naues; in ciuitates; in singulos viros idest proquolibet mi lite fundo &c.
Mutuare tamen pro mutuo accipere non legi passiue. Cõmodo tamen frequẽtius cum iis; quæ reddun tur eadem.

Promitto tis	si	sum		per promettere. item recipio, spõdeo.
Mando as	aui	atum		per commetere. item cõmitto iniũgo: ipono
Comparo as	aui.	atum		per rassomigliare. item assimulo, confero, compono
Reuelo as	aui	atum		per riuelare, e scoprir. item recludo, refero
Lego as	aui	atum		per mandare, e lasciare per testamento.
Vendico as	aui	atum		per appropiare. item sumo, atrogo
Ascribo bis	psi	ptum		per imputare. item tribuo; attribuo, assigno
Cõmẽdo as	aui	atum		per raccomandare.

* Dicimvs etiam do tibi literas ad Franciscũ, Do tibi hanc rem dono; Dedi minas viginti pro ambobus; Dedit colonos nostros ad remum. Dedi ei pecuniam in stipendium. Dedi filiam meam sine dote in tantas õpes; Dato mecum pignus in vrnã mulsi. Vbi dixero me dare tanti, testes faciet illico vendidisse me. Soluit mihi pro te præsentem pecuniam de suo in singulos annos. Tradidit mihi filios suos in disciplinam. Se suaq; omnia in fidem populi Romani permisere. Imposuit seu imperauit tributum in singula capita mulierum. Impono tibi & in te hoc onus. Imposuit mihi: idest accipit. Impertio te rebus meis. Impertiendum est indigen tibus de re familiari, dono te hac re; Comparo; seu confero te regi, & cum rege; & comparo te ad illũ. At tu comparasti te ad tela fortunæ, idest pręparasti. Commoda mihi tres tritici modios, & vestes tuas in sex menses, vel da mihi commodato. At mutuo cum iis tantum quę non redduntur eadem, vt tibi mutuaui numos idest mutuo dedi. At præsidium à libertate mutuauit; idest mutuo accepit.

Scribo;

Scribo,& mitto tibi,& ad te. Plura scriberē in hāc sententiam. Scripsit de te diligenter. Misit mihi hæc muneri. Miserunt legatos ad Cæsarem de pace. Misit tibi epistolam ad Cæsarem, Misit sangui nem ex brachio, idest extraxit. Remisit nobis tributum in triennium. Rescribe mihi his de rebus, & ad has res. Nunciauit mihi Fuluius verbis tuis salutem. Commendaui te apud Cæsarem, & in senatu, id est laudaui. Accinxi me huic rei, & hanc rem. Oppigneraujt mihi vnionem ad itineris impensas, & libellos pro vino; Dixisti falsum testimonium de ambitu in me. Velim litteras meas in eundem fasciculum addas. Non indidi adhuc vini guttam in os meum Prohibeo tibi domum,& te domo, Hoc mihi vitio ne vertas,id est ne adscribas vitio. Confero tibi, vel in te beneficium. Confero me in villam,seu ad villam, id est eo, sed confero me ad Petrum, non in Petrum, & conferas verba ad rem. Interdiximus femininis vsum purpuræ, & Histrionibus scenam, Frequentius tamen cum ablatiuo, & datiuo, vt interdixisti mihi aqua, & igni,& passiue, Interdicor aqua,& igni,& ignis mihi interdicitur,& interdictum mihi est igni, impersonaliter. Adhibeo,& adiicio, & Adiungo hoc illi,& ad illud.& sic Admoueo machinas turri,& ad turrē, & Admoui cyathum labiis, & labra cyatho, Derogo hoc tibi,& de te, Responde mihi ad rogatum, idest ad propositum, Ad hæc mihi acute, arguteq; respondisti, sæpe qui debent nō respondent ad tempus. Respondere ad nomina, est quod vulgo dicimus comprare, Respondere beneficiis, est acceptis beneficiis satisfacere, Et fortuna in omnibus tuis votis respondet, id est satisfacit. Referas ad me istud, vel de isto, id est in consultationem feras. Referas me in numerum tuorum, id est adscribe. Accommodo me huic rei, ad hanc rem, & in hanc rem. Recipio tibi hoc de me, vel ex me, id est

Scribe ad me de rebus vrbanis quam sę pissime; Cic. 7. Epi.

Plaut.: Præcipe quę ad fratrē vis nūciari. Comitiorum habendorum munus iniungunt. Liuius.
Item cū ad, vt Adde vnū ad istam gloriā. Adscribo te in hūc, & ad hunc numerū. Adscribo me sociū laudibus tuis.

Cic. Adhibere ad panem quidquam negat.& Teren. ad illā animum adiecit, Ad dolorem inimicitias adiunxit,& sic applicuit se ad eorum familiaritatē. Dicitur etiam Refero omnia ad vnū.i.confero. Refero tibi acceptū, id est fateor abs te recepisse, Refero tibi impensum.i.rationem

B promit-

reddo de expensis. Præstitisti te mihi male, id est male me tractasti. Præstare dolum, vitium, damnum est te fieri ad dolum, vitiũ, damnum, & sic de similibus. Præstat alius aliũ in genio. Quinti. Res animata erit accusatiuus patiēs, vbi ambo accusatiui adesunt.

promitto, Recipio in me eos esse Fuluij mores, Recipient tibi pro me omnes. Inuideo in hoc Crasso. Iampridem nobis cæli te regia Cæsar inuidit. Hoc tibi de me præstare nō possum, idest affirmare. Immunes ab omni onere prestitit, id est effecit. Homo homini quid præstat? & Alius alij ingenio, & fide præstat. Itali virtute ceteros mortales præstant, & præsta te virum, pro exhibe. sed hæc passiue non legimus.

VErbum actiuum transitiuum est quod, vult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem: & deinde alium accusatiuum, vt ego doceo te grammaticam.

Doceo	es	cui	ctum	per insegnare
Moneo	es	nui	nitum	per ammonire. item commoneo
Cingo	gis	xi	nctum	per cingere
Discingo	gis	xi	nctum	per scignere, & dilacciare
Calceo	as	aui	atum	per calzare, & ferrare
Cælo	as	aui	atum	per ascondere
Oro	as	aui	atum	per pregare. item rogo, obsecro
Peto	tis	tij	titum	per domandare. itē postulo con instanza
Flagito	tas	taui	atum	
Posco	cis	poposci c.sup.		

Sic de suo aduentu, de religione, de itinere, &c. Cic. Torquem sibi induit, Virg. 7. Induit albos cum vit ta crines,

✝. DICIMVS etiam docebo tibi filium minoris aureo summa diligentia, Et docuit me de cæde fratris, & est quod dicimus auuisare. Itē docuit me fidibus. Moneo te de hac re. Admoneo, & commoneo te huius rei, & ea de re id est memorem facio, vt admoneā te aliquid de vestris cautionibus. Induo, & vestio me veste, oratorium est: nam indutus thoracem Poeticum est, & historicum. Tunc mihi prima genas vestibat flore iuuentus, vbi etiā datiuus adest, cum se Nux plurima syluis induit

in florem, prò transformat. Cingo me ense, Calceo me cothurnis. At huius verbi significatio transfertur etiam ad bruta animalia, vt Calceaui mulas, equos: Cælo tibi hanc rem, & te de hac re. Peto illum locum id est eo. Petiit me ense, id est aggressus est seu percussit. Pacem te poscimus omnes. Peto, Flagito, Posco, & Postulo hoc abs te, & tu efflagitasti id me per litteras. At expostulem cum eo iniuriam hanc, & de iniuria hac. Interrogo te hanc rem, & de hac re. Posce, vel, Ora, seu Roga Magistrum mihi veniam. Sine te exorem hanc veniam illis. Nunc te illud primo rogo, seu Oro.

Hanc vnam iuueni induit idem. II. Suet. Filiam regis in matrimoniũ petiit. Peto humiliter, Flagito instanter, posco debite, postulo iuste, Expostulo cum querela. Salu. a Metello missionẽ rogat.

VErbum actiuum effectiuum, est quod vult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem, deinde ablatiuum sine præpositione, vt ego spolio te veste.

Spolio	as	aui	atum	per spogliare. itẽ exuo
Onero	as	aui	atum	per caricare
Exonero	as	aui	atum	per scaricare
Pondero	as	aui	atum	per pesare
Vacuo	as	aui	atum	p voltare. itẽ exhaurio
Sagino.	as	aui	atũ	p ingrassare. itẽ opimo
Lacto	as	aui	atum	per allattare
Munio	nis	iui	nitum	per fortificare
Fulcio	cis	fulsi	fulctũ	per sostentare
Inficio	cis	feci	fectũ	per tignere, e macchiar

Nutrio, Alo, Cibo, Pasco, Orno, Decoro, Honesto, Maculo. Contamino, Fœdo, Polluo, Inquino, Satio, Saturo. Dito, Locupleto. Augeo, Accumulo, Educo, as, Effingo, Placo. Afficio, Allicio, Armo. Farcio, Fundo, Sterno. Imbuo, Instituo, Irrito. Lacero, Pungo. Vestio, Induo, Amicio. Leuo, Alleuo. Erudio. Instruo.

* DICIMVS autem Pasco boues herba, & boues pascunt herbam, & herba pascit boues: Spargo, & Fundo te aqua, & tibi aquam, Figo terrã hasta, & hastã terræ, Et ramũ aduerso in limine figit. Sterno lectũ lodice, & lodicem lecto. Augeo, & accumulo te diuitiis, & tibi diuitias. Leuabo te hoc fasce: & tibi hunc fascem, Alleuatus sum mœrore, & a mœrore. Cõmunicabo te semper mensa mea, & communicabo tibi res meas. Erudio te hac arte, Eos instituere, atque Erudire ad maiorum instituta, non ad tuas libidines debuisti. Afficio te honore,

Cicer. Vt quod de nostris rebus coram cõmunicassemus inter nos. Mecum sæpissime de te, cõmunicare solet: pro conferre, & verba face-

re. is mecum de tua mansione, aut discessione communicat. Statius. x. vsus est Erudio pro docere cum duobus accusatiuis. & quæ te leges preceptaq; fortia bel li Erudiit genitrix, & Ouidius, Hortaturq; sequi, damnosasq; erudit artes, & Gellius 2. græcas res eruditi erant. Cic. cũ ablatiuo cum in, Si arbitrati essét oratorem ipsum erudiri in iure ciuili, & cum de, Quæ me erudiãt de omni rep. lib. 2. Epi. pro instruant.

Moueo, Eripio, Sumo, Capio, Suscipio, Habeo, Tempero, Impetro. Remoueo, Auerto, Disco, Exigo,

Prisc. l. 18. eadẽ hæc docet.

re, laude, gaudio, probro, iniuria, dedecore dicimus, accipit, enim significationem ab ipso ablatiuo: significat etiam disponere, vt viua vox magis afficit. Expedi te hoc crimine: & cum præpositione, ex iis ærumnis, & Plautus dixit, vt eam ex hoc exoneres agro. Euacuo fontem aqua, & animam vitiis, & amphoram vino dicimus, & effinxi illum cera, ære, auro, marmore. Instruere hortos, nauẽ, domum, fundum, est hortos, nauem, domum, fundum, est in illis necessaria comparare, vt nihil desit, quod vsui, & ornamento sit.

VErbum actiuum separatiuum est, quod vult ante se nominatiuum agentem: & post se accusatiuum patientem, & demum ablatiuum cum præpositione. vt ego audio lectionem à Magistro.

Audio	dis	diui	ditum	per vdire
Intelligo	gis	xi	ctum	p intẽdere. Itẽ accipio
Separo	as	aui	atum	p. spartire. itẽ segrego
Redimo	is	emi	emptũ	per riscattare
Seduco	is	xi	ctum	per discostare. item seiungo
Defendo	dis	di	ensum	per difendere. item protego
Eiicio	cis	ieci	iectũ	per scacciare. item expello, exigo
Deterreo	res	rui	ritum	per spauentare, & scõfortare
Euello	lis	li	vulsũ	per isbarbare. item extirpo
Aufero	fers	abstuli	blatũ	p togliere. itẽ adimo.

* Disco tamen cum compositis in prima, & secunda persona non est in vsu voce passiua, Et dicimus disco ab illo, & de, vel ex illo musicam, & crimine ab vno disce omnes. Hoc per me didici dicere, Et Discite sanari per quem didicistis amare. Accepi à te librum commodatò, pecuniam mutuò, & mutuam, & sic sumpsi. Accepit tribunitiam potesta-

testatem in quinquennium, Accepi te libenter in amicitiam, hospitio. Accepisti apud te nos in prandio nitidè, Accepisti à me pro tuis ædibus minas quadraginta. Accepi binas abs te litteras eodem exemplo idest eiusdem tenoris, Accipio excusationem tuã, idest habeo te excusatum. Recipe me in necessitudinem tuam. Ad me se recepit ad cenam. Ex castris ad suos, & in patriam se recepit in hyberna, Eripio te malis, & à malis, Tu eripuisti mihi librum. Ego abstuli tibi gladium. Ciuitates omnes ære alieno, quo premebantur, liberauit. Abstine placitis bonis. Abstinuerunt se à viris, & cum genitiuo, Abstine irarum, sed hoc rarum. Tempero me vino, & à vino, & mihi temperare non possum. Sumpsi te mihi socium. Sumpsi argẽtum fenore, Sumam mihi cassidem in caput, Ex Pansa ea de te cognoui, quæ maximè optabam. Et Dolabella rogatu meo ciuitatem à Cæsare impetrauit, Est hominis ingenui, & liberaliter educati velle bene audire à parentibus, & fine casu post se, si herum insimulabis, male audies. Dicitur autẽ bene audire ille, de quo bona est fama: sic contra Male audire, sed hæc passiue non legi.

Plaut. Accepit coquos in nuptias.

Sal. Non confertim neque in vnum se recipiebant.

Dicta tua in aures non recipio.

Abstinui manus alieno.

Abstinui Lepidi societate. Verum hæc passiuè non legi.

His temporibus de isto periculo audiui nihil.

Hæc audies de Philadelpho Cic. 9. ad At. & 7. Ep.

Si me audies quem soles, pro parebis.

De Passivis.

VErbum Passiuum est quod ab actiuo fit per assumptionem, r vt Amo, Amor, & vult ante se nominatiuum patientem: & post se ablatiuũ agentem: cum à, vel ab: vt Deus amatur à me. Alii autem casus seruantur iidem in passiuis, qui in actiuis: vt A me emptus fuit tibi liber decem sestertiis. A te declarata fuit lectio tuis discipulis. Tu doceris à magistro grammaticam. Ego spoliatus fui à te veste, Lectio auditur à me à magistro.

Ponitur tamen sæpe datiuus pro ablatiuo, vt Neo cernitur vlli, &c.

OMNIA præterea verba in or, carent præterito perfecto, & quæ ab eo formantur: eorumq; loco ponitur participiũ præteriti perfecti temporis, quod variatur per tres diuersas voces, & ideo etiã

Themata igitur passiue proposita p verba carentia præteritis perfectis actiuè

exponentur, vt La letione è ſtata imparata da me, ego didici lectionem.

Compoſita, à, facio retinentia, a, vt cale facio in paſſiua ſigni ficatione componun tur cum fio: at quæ mutant in, i, vt efficio, habent paſſiuũ in, r, vt efficior.

Sic credor, ſeu teneor induſtrius iudi cor ſapiens, feror ſu blimis, ille tuus inſcribetur heres.

genere concordare debet cum nominatiuo. Et quia formatur à ſupino, iccirco quæ carent ſupinis nõ habebunt in paſsiuis præteritum perfectũ.

SVnt etiam quædam verba paſſiua à quibuſdam vocatiua dicta: quæ cum duobus nominatiuis conſtrui poſſunt: vt ego vocor Petrus.

Vocor	aris	atus	ſum	
Dicor	eris	ctus	ſum	
Nominor	aris	atus	ſum	per eſſer chiamato, detto, e nominato.
Appellor	aris	atus	ſum	
Nũcupor	aris	atus	ſum	

Seruant etiam hanc conſtructionem

Habeor	beris	bitus	ſum	
Exiſtimor	aris	atus	ſum	per eſſere tenuto, e reputato
Cenſeor	eris	ſus	ſum	

De nevtris.

VErbum Neutrum eſt, quod nec actiuum eſt, nec paſſiuum, quamuis enim deſinat in, o, non format tamen ex ſe paſſiuum in or, licet etiã multa ſint, quæ in, o, non deſinant, vt ſum, cum ſuis cõpoſitis: & nonnulla defectiua, vt Memini, & Pluit.

VErbum neutrum ſimilium copulatiuũ eſt quod vtrinque regit nominatiuum, vbi quod ſequitur, ad antecedens refertur; vt ego ſum bonus, ille euadet doctus.

Hoc ſolũ eſt ſubſtantiuum.

Sum	es	fui	c. ſup.	per eſſere
Sto	as	ſteti	ſtatũ	per iſtare. item maneo, exiſto.
Euado	dis	ſi	ſum	per diuentare
Sedeo	des	edi	ſeſſum	per ſedere
Viuo	uis	xi	ctum	per viuere
Iaceo	ces	cui	c. ſup.	per iacere.

* Constrvitvr Sum etiam genitiuo. vt Plinius fuit cibi minimi, breuiſſimi ſomni, Hic liber eſt magnę vtilitatis, & poſſeſſiue, Hic liber eſt

Ful-

Fuluij, Cum datiuo, est mihi curta supellex. Cum duobus datiuis, Sũ tibi impedimento, laudi, risui. Cum accusatiuo cũ prępositione, vt liber tuus est apud me. Id mihi erit in annuum sumptum. Poeta es ad eam rem vnicus. Quod costi ad manum fuit cibi, ferre militi licuit. Cum ablatiuo cum præpositione, vt in manu tua est vita mea. Bene erit mihi tecum. Et sine præpositione, Sum magno animo, Dicimus etiam. Ille euasit mortem. Euasit te & ex insidiis tuis, ideſt effugit. Euasit tutum. Euado ad summi fastigia culminis inde, ideſt ascendo, Euaditq; celer ripam, ideſt transit. Euasit ante oculos, & ora parentum, ideſt apparuit. Et vide quò euadas id est peruenias. Manet te, & tibi, id est instat, & futurum est. quem manes hic? ideſt expectas. Tu modo promissis maneas. Et amicitia Masinissæ bona, & honesta nobis permansit. Et mane nobiscum. Iacuit mihi diu ad pedes stratus: quanti stat tibi hæc domus? Item non stetit per me, per te, per illum, &c. quod inepte dicitur, non restitit, & conuentis stetit, id est pacta seruauit. stat sua cuique dies.

Sic, vsui, quæstui, odio, lucro, exitio, fraudi, &c.

Liuius, Quæ in rem non erant, in diem posterum distulerũt. Vna mehercule collocutio nostra pluris est quam omnes samarobrinæ, pro pluris valet.
Virg. Haud illi stabunt Æneia paruo hospitia. & 9. Hæc eadem matriq; tuæ generiq; manebunt.

VErbum neutrum possessiuum, est quod vult ante se nominatiuum agentem, & post se genitiuum vel ablatiuum rei patientis: vt Hæc non indigent commendationis, vel commendatione.

Egeo	ges	gui	c.sup.	per hauere di bisogno. item indigeo
Careo	res	rui	itum	per non hauere, ò esser senza, e mancare
Affluo	is	xi	sum	per abondare. item abũdo, exubero.
Consto	as	stiti	statũ	per esser manifesto
Valeo	es	lui	litum	per valere
Memini	sti	nit	c.sup.	per ricordarsi, & far mentione.

Quod alii cũ nominatiuo patiente hæc cõstrui dixerint: ipsi videant. cum agens sit a quo verbi actus egreditur, patiens in quem
Deficio, Vaco.
Vacare culpa, magnum est solatium.
Cel. 19. Morbo quidem cares. sed verbi vitio non cares, &
Cic. nunciauit mihi

* Ex his Egeo, & Indigeo tam ablatiuo, quam genitiuo construuntur post se, Satagere genitiuo tantum. Careo, Vaco, Deficio, Affluo, Abundo, & Exubero ablatiuo: vt, tu defecisti animo: licet ét dicatur, mihi deficit, vel abundat pecunia, Et Vitellius a Galba ad senatum defecerat, idest desciuerat, seu rebellauerat. Et citius te tempus, quam oratio deficiet. Sed hoc actiuum est. Consto, & valeo ablatiuo, exceptis tantidem, & pluris, quæ in genitiuo ponuntur semper, & minoris, tanti, quanti, cum aliis compositis, quæ sine substantiuo in genitiuo ponuntur, Item caro, vili, duplo, dimidio, carius, vilius, carissime, & vilissime. Pretium tamen cum valeo sæpissime in accusatiuo, vt, Mina valebat decem scutata, Talentum vero sexcenta. Dicimus etiam, Tu vales plus velocitate, quàm viribus, Et apud Cæsarem quidquid valebo auctoritate, & gratia valebo tibi. Et ego valeo, id est sanus sum. à morbo valui: ab animo æger sum, at tu adhuc non vales ab oculis, & mihi oculi non valebant. Nullo à vobis remedio, propriis viribus reualuit. Hæc domus constat quadrato lapide id est facta est lapide secto, & expolito. Tu non constas pedibus id est nō es firmus non constas animo. Et cum datiuo, Si tibi constare vis, & hoc mihi tecū non constat id est non conuenit. Id vobis, & nobis cōstat id est manifestum est. Memini pro recordari iungitur genitiuo, accusatiuo, & ablatiuo cum de, vt de ui, de armis, de manu, de copiis memineritis id est recordemini. Pro mentionem facere genitiuo, & ablatiuo cum de. Et memini me videre dicimus, & vidisse.

te febri carere, carere item culpa, & peccato. Ter. tamen in Heau. dixit Carendū erat tui. Et Plau. Id, quod amo, careo. & apud Marcel. Tur pil. meos careo. Et in Men. Plau. Carere lanam dixit pro purgare, seu carminare, at obsoleta sūt hęc.
Pli. tamen tanto nobis delicię constant. & Plau. Bis tāto valet quam prius.
In hac significatione, tantum, quantū, plus, & minus dicemus.

Cōstat pro patet habet tantum tertias voces.

Res, vt docent Dialectici, est terminus transcendēs, & tam de corporal. dicitur quam de incorp.

Verbum Neutrum Acquisitiuum est quod vult ante se nominatiuum agentem, & post se datiuum rei patientis, vt ego seruio tibi.

Seruio is uiui uitum per seruire
Inseruio is uiui itum per compiacere

Pa-

Faueo es faui fautũ per fauorire. itẽ aſpiro
Occurro ris curri curſũ per andare,ò venire in contra
Obedio dis diui ditum per vbbidire. itẽ pareo
Prouideo des uidi uiſum per prouedere. item cõſulo,proſpicio.
Interſum interes,erfui c.ſup.per eſſer preſente
Aſſentio tis ſenſi ſenſũ per acconſentire. item acquieſco
Detraho is xi actum per dir male
Obſum obes obſui c.ſup. per nuocere.

* INCVMBO remis, Incumbo toto pectore ſtudiis, & ad ſtudia, hoc enim ad animum refertur. Allium prodeſt ad multa medicamenta. Vaco cũ datiuo, eſt dare operam, & cum accuſatiuo cũ ad, vt non vaco ad iſtas ineptias, id eſt non incumbo, vel non otium eſt: cum ablatiuo eſt careo, & vacuus ſum, vt vaco curis,& addita præpoſitione,eſt ceſſo, vt vaco à labore, & abſolute poſitum interdum eſt ſuperfluum eſſe, vt duo carmina vacant. Vix ſufficit ictibus vmbo. Nec corpus,nec dies ipſa ad hoc ſufficerit, Iupiter Danais animos vireſq; ſecundas ſufficit, ideſt ſubminiſtrat. Caue tibi à Petro. Caueto ſcabiem pecori. Ego tibi Brute non ſoluã, niſi prius à te cauero. id eſt per te mihi erit cautum, & Caueas mihi de his rebus,id eſt cautionem præſtes, & caue cadas, & caue ne cadas idem ſignificant. At cauere periculum ſeu illum, eſt vitare,& eſt actiuum, vt cetera, quæ quidem prouideri poterunt cauebũtur. Hæreas parieti dicimus, & hæreat manus tua muro, vel admoue manum muro, Pugnus continuo in mala hæreat. Lingua mihi hæret metu. Fama adoleſcentis paullum hæſit ad metas. Hæret mihi aqua in hac cauſſa,id eſt ineſt difficultas. Parce peccatis noſtris, & illius.i. ignoſce, Parce lachrymis,furori, & pias ſcelerare manus,ideſt abſtine, ſeu deſiſte, Parce rem natis tuis.

Studeo,Placeo,Succenſeo,Caueo,Subuenio,Annuo,Fideiubeo,Cedo,Incũbo Hęreo, Adhæreſco, Vaco, Satisfacio,Aſſurgo,Obſto,Repugno,Reſiſto,Adſum, Succurro, Sufficio, Deſum,Inuigilo,Indulgeo, Proſum,Parco,Ignoſco,Inſulto. Multos tamẽ ab adoleſcentia bonos inſultauit: Sal. cum accuſatiuo dixit. Vbi.n. ad corpus tãtum refertur, nõ iungitur accuſatiuo, Auct. Valla.

Quis locus hoc dominatu vacat? Cic. 4 Epi.

Sufficere pro ſubminiſtrare, reſtituere, & inficere Actiuum eſt,& accuſatiuo cõſtruitur.

Remitte mihi hanc noxam, vel pænã dicimus, aùt cõdona, vel ignoſce, non autem parce. Iu. Indulge veniam pueris.

tuis, & mihi vitam, id est conserua. Quod velim mihi ignoscas, Cedit hoc quoque in tuam gloriã; Vrbe eum cessisse intellexi, & possessione. Accessit hoc meis malis,& ad mea mala. Intercedit mihi tecum non parua necessitudo. Antecellis omnibus ingenij gloria. Supersum tibi ingenio, at supersum labori, est resisto. In testamento faciendo non interfui. Conuenimus de dote. Conueni tecum de hac re in decem denariis. Hoc mihi tecum non conuenit. Fido tibi, & in te, & tu fidis cursu. Quadrat multis,& ad multa, Satisfecisti mihi de pædagogo,id est pro debito pædagogi. Et hęc mihi satisfacies. Studeo grammaticæ, medicinæ, rhetoricæ, & huiusmodi, id est operando. Item in id solum pictores student, & apud me diligenter in ea re studuisti. Et tu studes pronus. At omnes mulieres æque eadẽ student, id est affectant: Aspirat primo fortuna labori, id est fauet. Aspiro ad consulatum, id est intentus sum. Aspirare ad eam laudem non possum, id est peruenire, vel assequi. Acquiescere propriè est cum quadã animi voluptate, quiete ue consistere in re aliqua: & construitur ablatiuo cum in, ut, senes in adolescentium caritate acquiescunt. Imminet capiti periculum, & in caput. Tibi cor neutiquam consentit,& tuæ litteræ nequaquam consentire videntur cum oratione Furnij. Ita feruntur, vt ad omnia conseruanda consensisse videantur. Absit verbo inuidia,& huic homini nihil abest de maxima rerum scientia. Nihil tibi a natura,& doctrina deesse sentio. Nõ deero tibi opera, & consilio. Paucæ sententiæ defuerunt ad consulatum.

Studeo grammaticam, musicam medicinam,& similia aut raro, aut nunquam leges, & si studere litteras dicamus.

Ad arrogantiam uitandam id dicitur.

VErbum Neutrum Transitiuũ est quod vult ante se nominatiuũ agenté, & post se accusatiuũ patientem, vt ego aro terram, & format passiuũ in tertiis personis, construiturq; nominatiuo patiéte, & abltõ agente cum a, vel ab, vt, terra aratur à me.

Hoc simplex potius dicendum, quã transitiuum fuisset.

Aro

Aro	as	aui	atum	per arare
Colo	lis	lui	cultũ	p lauorare, e cultiuare
Fodio	dis	di	fossum	per zappare, e cauare
Sero	ris	seui	satũ	p seminare. itẽ semino
Consero	ris	seui	situm	per seminar, e piãtare
Insero	ris	seui	situm	per innestare
Trituro	as	aui	atum	per battere le biade
Vanno	as	aui	atum	per vagliare
Pinso	sis	nsui	istum	per macinare. itẽ molo
Inuerto	tis	uerti	uersũ	per rouersciare
Scabo	is	bi	sine sup.	per grattare. item scalpo.

Prãdeo, Poto, Ceno, Iuro, Comedo, Edo, Mãdo, mereo, Texo, Retexo. Sorbeo, Suo, Dissuo, Scindo, Glomero, Sarcio, Resarcio, vindemio, Despumo, Oleo, Condio, Prægusto, Propino, Terebro, Dolo, Dolabro, Edo, Ædifico, Subeo, Inesco, Tũdo, Cõtundo, Irrigo, Prodeo, Occo, Sario, Exigo, coquo, vẽtilo, Odi, Cœpi, Meto, Asso, Meio, Digero, Concoquo.

Plin. ad Cal. in quacũq; arborẽ inseras. Ter. Heau. vidin'ego te modo manũ in sinum huic meretrici inserere?

* Dicimus autem aro terram bobus, sero agrum tritico, & triticum in agro, Consero agros arboribus, & arbores in agris, Conserere vero lateri latus, est coniungere, & facit conserui, & inde conserere manus, est pugnare, Inseui malũ ramusculo piri, & ramusculũ piri in malo. At tu inseru isti res meas tuis, & ille insertus est Liuiorum familiæ, Peccasti vnam syllaba me si quid peccat filius, mihi peccat, Peccas in vtroque parricidij, Magno pransi sumus, pluris cenaturi, Dum de tuo cenes. Nauigaui Oceanum, & per mare, & in mari dicimus, & tu longum nauigasti iter. Tu meruisti laudem apud omnes: Ego bene merui de meis, id est bene tractaui. Ille paruo ære meret sub Cęsare id est militat, Tu meres pedibus id est stipendia pedibus facis. Hic meret æra liber sociis id est lucratur: Tu sapis pleno pectore, Tibi sapit cor. at ego nimio gaudio pæne desipui. Epulæ sapiunt salem, Olet vnguenta de meo: Olet homo quidam malo suo, Maiora tecta ædificamus pluris, & sic magno, paruo, vili, caro, &c. de exemplo ædificato si quid est, quod placeat. Subiit mihi imago patris, id est in mentẽ venit, Subibãt iã tecta paupe ris Euandri, id est ingrediebãtur. Tu abhorres a ve ritate. i. alienus es, & ego abhorreo a te volũtate, mori-

abhorreo uero a ſtr, a bonorũ cõsuetud.

moribus,colore. Volo cum nominatiuo semper,& infinito,vel accusatiuo,& elegantes dicimus,nunquid me uis? nanquid Romam uis? Me adhuc nemo rogauit nunquid in Sardiniam uellem. Te puto sæpe habere, qui nunquid Romam uelis,quæritant. Intentare mortem, est comminari mortem, & poscit etiam datiuum, præsentemq; viris intentant omnia mortem. Iurare conceptis verbis,est iu raro iuxta formulam certarum verborum propositam. Iurare in verba mea,est Iureiurando polliceri seruari quæ dico. Inibo ab eo hanc gratiam sine dispendio meo,id est dabo ei hoc beneficium,& cũ apud etiam dicimus gratiã apud te iniui maximã.

Ita ut mors intentaretur,si mox non desisterent.
Numina captiuis et iurabere Thebis. Stat. 7.

VErbum Neutrum Effectiuum est,quod vult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum sine præpositione rei agentis, vel accusatiuum cum ob,vel propter, vt ego gaudeo pace, vel propter pacem.

Docti omnes asserũt sic uocandum, non affectiuum.
Casu enim efficienti construitur,& grãmatici constructionem respiciunt,non affectus.

Gaudeo	des	sus	sum	per allegrarsi
Mœreo	res	sine	ptõ & sup.	per attristarsi
Caleo	les	lui	sine sup.	per esser caldo
Pingueo	gues	gui	s.s.	per essere grasso
Areo	res.	rui	s.s.	per essere secco
Albeo	bes	bui	s.s.	per esser bianco
Nigreo	gres	grui	s.s.	per esser nero
Palleo	les	lui	s.s.	per essere pallido.
Macreo	cres	crui	s.s.	per essere magro
Frigeo	ges	xi	s.s.	per essere freddo

Turgeo, Tumeo, Calleo, Obcalleo, Fulgeo, Niteo, Flagro,Floreo,Vireo, Ferueo, Aestuo. Candeo, Rubeo. Algeo,Madeo, Stupeo, Cic. Cũ forum a Iudiciis refrixerit.

* DICIMVS etiam, Gaudeo mihi de hac re. Tacitus tecum gaudeas. Gaudeo tuum gaudium. Gaudeo in sinu, idest tacite, re, & fortuna mea cõtentus viuo. Laboramus maxime à re frumentaria,laborat febre, ex renibus,è dolore. Si in his esse laborandum statueris.Doleo tuo dolore.De Attici febricula valde dolui. Tu doles nihil de me, doleo ab animo. Homines ex rerum commutatione dolẽt. Doleo casum tuũ,uicẽ illius,ademptum ami-

Laboro in alio significato transitiuũ est: & habet pass.vnde laboratas vestes laboratum agrum:& hęc elaborant,apud Cic.

amicum. Dolet mihi pectus, dolent oculi, Condoluit mihi miseræ de uento caput. Sunt qui ad omnium sanguinem pallescant. Nimio dolore obcalluimus idest callum fecimus. At tu dicenda, silendaq; calles, idest optime scis, cum accusatiuo ponimus. Mœreo etiam cum accusatiuo quandoq; dictum est, ut Domesticorum hostium mortem mœrent. Domus ardet incendio. Caput Seruio Tullio dormienti arsisse dicitur. At Formosum pastor Corydon ardebat Alexim, significat vehementer amabat.

Ex inuidia satis multos annos laborauit, Et sic doleo ab oculis, ab ægritudine. Nemo vnici filij mortem magis doluerit, quam ille mœret patris. Cic. 1. A.

VErba Neutro passiua dicuntur quæ in præteritis perfectis, & formatis ab eis retinent declinationem passiuorum, in ceteris uero neutrorum. Et sunt hæc quinque cum compositis.

Gaudeo	des	sus sum	per allegrarse
Fio	fis	factus sum	per esser fatto
Soleo	les	solitus sum	per essere solito
Audeo	des	ausus sum	per hauere audacia
Fido	dis	fisus sum	p fidarse, ò hauer fede. item confido

Ex his fido potest construi cum duobus nominatiuis, & ablatiuo agente cum à uel ab ut factus sum doctus abs te. Soleo cum infinitiuo ponitur, & caret futuro, indicatiui gerūdiis, participio præsentis, & futuri. Audeo cum accusatiuo, uel infinito. Fido cum datiuo, & sic confido, & diffido. Ad fido, & Confido etiam cum ablatiuo cum in ut fido in te: & sine præpositione, ut multum natura loci confidebat. Non aper irasci meminit, Non fidere cursu Ceruus, &c.

Solens quidem quo usus est Plaut. obsoletum est: licet insolens eius compositū sit in usu. apud Ter. Sal. ci Gell. & oēs.

VErbum Neutrum, Passiuum est quod in voce actiua habet significationem passiuam, & uult ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem, cum a, uel ab, ut Ego uapulo à magistro.

Vocantur a quibusdam per se passiua.

Vapulo	las	aui latum	per esser battuto

Va-

Væneo p æ diphthõ gum notari ſcribit Apul. Gr.

Plau. in Perſa uſus eſt etiam nubitur. Mala fama facile nubitur, dum dos ſit. Hi.n. caſus non ſunt ablatiui agentes, & docti oẽs cũ ablatiuo agente nunquam ſe legiſſe exulo, & nubo aſſerunt apud probatos auto.

Filiã habuit, quam honeſtiſſimè maritauit. Sue. hoc ſatis ſit cõtra eos, qui marito negãt eſſe latinũ.

Væneo	nis	niui	vel nij venum	pe eſſer véduto
Fio	fis	ctus	ſum	per eſſere fatto
Liceo	ces	cui	s. s.	per eſſere apprezzato
Nubo	bis	pſi	tum	per eſſere maritata
Exulo	as	aui	atum	per eſſere fuori in bando, ò ſtar confinato

SED Exulo, & Nubo ſinè ablatiuo agente ponuntur. Dicimus autem. Ego exulo crimine alieno, ab humano ritu, a conuiuiis amicorum. Et exulo ab vrbe, & Roma de loco: & in vrbe, vel Romæ, & apud Cæſarem in loco. Et mea filia nupſit tibi, & inueni filiam nuptam cum tuo filio. Horum autem locum cum ablatiuo agentem complent ablegari, & relegari. Item Agi eiici, ſeu pelli in exiliũ, per eſſere sbandito. Et Maritari, Locari, Dari in vxorem, dari nuptum, & nuptui ſic actiue. Væneo conſtrui poteſt, vt vendor, vt paria ſingula boum vulgo vænũt duccenis nũmis, Liceo, vt æſtimor; paruo com precio diu liceret.

VErbum Neutrũm Abſolutũ eſt quod vult ante ſe nominatiuũ agenté, & poſt ſe (ſi apponitur) caſum cũ ꝓpoſitione, vt ſurge, & vade ad ſcholas.

Vigilo. Ludo. Viuo. Dormio. Redeo, Reuerto, Remeo, Curro, Exeo, Sedeo, Remigro, Diſcedo, Abeo, Pernocto, Sterto, Pergo, Tendo, Nato, No, Iaceo, Cubo, Certo. Propero, Feſtino. Expiro, Reſpiro. Volo, las, Serpo, Cado, Interſum. Inſono, Reſono. Occido, Pereo, Obeo, Intereo.

Eo	is	iui	itum	per andare. item vado
Ambulo	as	aui	atum	per paſſeggiare. item deambulo cõmeo
Tranſeo	ſis	ſiui	ſitum	per paſſare
Oſcito	as	aui	atum	per sbadigliare. itẽ hio
Emergo	gis	rſi	rſum	per vſcire fuóra, & eſt aquarum
Proficio	cis	feci	fectum	per fare frutto, & vtilità.
Diſto	as	ſtiti	atum	per ſtare di lontano
Sono	as	nui	nitum	per ſonare
Hyberno	as	aui	atum	per ſtãtiare d'inuerno
Aeſtiuo	as	aui	atum	per ſtantiare d'eſtate
Mico	as	cui	s. s.	per riſplendere, & giucare alla mora.

Cvm

CVM verbis significantibus motum ad locum quempiã ponimus accusatiuum cum ad, vel in, vel sub, vel super, vt Eo ad templũ, Curro in agrũ, Redeamus sub tectum, Hostes cadunt super hostes. At per locũ, accusatiuum cum per, vt, Transiui per plateam, De loco Ablatiuum cum de, vel, e, vel ex, vt ex agro redeo. Vbi autem nullus significatur motus, ablatiuum cum in, vel sub, vel super. Dicimus etiam Eo viam, per viam, via recta, & recta, sine via, & curro cursum, stadium, iter. Sunt etiã multa ex his quæ cum duobus nominatiuis construuntur, vt Viuo felix, Sedeo otiosus, Aduolaui huc hilaris, Veni lætus, Redeo inde iratus. Dicimus etiam ille viuit asinum, id est viuendo refert. Tu viuis bacchanalia, id est, viuẽdo exerces. Quã hic viuitis vitam? Viuimus hic minoris, quam Romæ Viuo ætatem, & sic ætatem dego. Sueui viuũt lacte, in cæde, ex cæde, ille obiit mortem, suum diem, & obiit morte repentina. Sonuit campanam crebris ictibus. Iopas personat aurata cithara, Calamis agrestibus insonat ille, Resonant arbusta cicadis. Est figurale nec vox hominem sonat, id est sonando non refert. Ire pedibus, est iter facere pedibus: & sic dicimus, Transiui flumen pedibus, Narbonam, atque inde Massiliã pedibus peruenit. Ego latui, in villa, Hæc res non me latet, id est non fugit. Nunquã mihi patria in mẽtem venit, & venit mihi in mẽtem patriæ. Dicimus etiam id mihi vsu venit, id est cõtigit, & permagna mihi venit hereditas à propinquo. Edormi crapulã, quam potasti, dũ somnum unũ edormiscã, & sic exhala crapulã. Tu mihi semper dormis, & cartis inuigilas, & quid tantæ caussæ indormis? Tibi crepuit ostiũ, Cecidit id mihi perbelle, cõmode id est successit, & sic cõtra. Id utrique nostrum male cecidit. Cadere caussa in ablatiuo, est succũbere, & litẽ pdere; Decidere spe, & à spe dicitur. Pereo: seu depereo puellã: est perdite

amo,

At, curro in agro, & in platea dicimus ubi in agro, & in platea cursu exercemur

Tu mihi sedes otiosus.

Nũquã abs te ab eo, quin ab eã doctior.

Dũ mihi a te litteræ ueniãt. Cic. in Epi.

Cãpanam sonuit ad tertiam horã, uel tertia hora pulsata est.

Personabant omnia uocibus ebriorum. Cic.

Sic virginiũ matronarum illius temporis, loci sani, uerbis periculorũ, otis, &c.

Suet. Lusit assidue aleã, ludũt talis, vel

par in par inter se.

amo, & uide quam turpi letho pereamus. Ludere alea dicimus: & aleam, & cum accusatiuo significat etiam decipere, ut Vana spe lusit amantem, & ludere operam, est frustra aliquid facere. Certo tibi, & tecum pignore. Supersedere prælio statuit, id est omittere, & supersedeas hoc labore itineris, id est omitte uenire. Dicimus præterea decem millia passuum intersunt à Perusia ad Asisium, sed cũ distat, abest, eo curro, & huiusmodi ponitur spatiũ in ablatiuo. Vel accusatiuo. Roma abest hinc octoginta miliaribus, uel iter trium dierum. Hæc inter se non longis passibus absunt. Domus nostræ vnius fere iugeris spatium absunt, & iam bidui aberã, sub intelligitur enim accusatiuus iter: vel ablatiuus itinere, & uix tridui uiam processeram, cum in columes ad unum in castra peruenisse cognoui: septingenta millia passuum biduò decurrit. Trecentis stadiis cucurrit uno die: & trecenta stadia, & sic ambulaui tria milliaria: & tribus milliariis, Me multis stadiis præcurristi. Pateo autem exposcit accusatiuum, ut Hercinæ sylue latitudo noué dierum iter expedito patet, & hæc loca patent quo quo uersus triginta pedes.

Miliare, & Miliariũ dicitur: cõtinent mille passus; passus vero quinque pedes.

Stadium est octaua pars miliarii.

Sesquimiliarium est miliare unum cum dimidio.

Cic. in Cat. dixit mihi studio pænè præcurritis.

SVnt quædam uerba Neutra Exceptæ actionis dicta quæ tertiis tãtum personis singularibus flectuntur sine ullo casu, ut Ningit

Quidam vocat exéptæ actionis.

Ningit	ebat	xit	s.s.	per neuicare
Pluit	ebat	pluit	s.s,	per piouere
Degrãdinat	bat	auit	atum	per degrandinare
Grãdinat	abat	auit	atum	per grandinare
Tonat	abat	nuit	itum	per tonare. itẽ intonat
Fulminat	abat	auit	atum	per fulminare.
Fulgurat	abat	auit	atum	per lampeggiare. item coruscat
Disserenat	abat	auit	atum	
Serenat	abat	auit	atum	per asserenare

Depluit. Impluit. Lapidat, Rorat. spruzzolare.

APPONITUR tamen sæpe rectus, ut pluit aqua: Pluunt lapides. Item Pluit lapidibus. Impluit in hanc regionem Depluit lapis. in terra, & Veiis de cælo lapidauerat, pluit etiam sanguine: carnem escam in accusatiuo. auctore Laurentio. Cælum tonat fulminat: ex hac parte. Item Deus fulminat turres: grandinat uineas, serenat aerem uultu. Unde hæc quattuor in aliis etiam personis ponuntur interdum: ore patris tonas, & iuuenis foro tonabas; & passiue in tertiis quoque personis, Rem tamen fulminatam, fulmine ictam seu de cælo tactam elegantius dicimus Rorat etiam cum accusatiuo legitur: ut Si rorauerit quantulum cunque imbrem.

Ningit apposită, & suppositum respuit semper, si Vallæ credimus.

Apul. in flor. dixit: Totum istud spatiū, quo pluitur, impersonaliter: & sic Ningitur: quibus tamen vocibus nō vtemur.

DE VERBIS COMMUNIBUS.

VERBUM Commune est quod definit in or: & & non formatur à Verbo desinente in o, & utranque habet significationem. quando habet actiuam, uult antè se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem, vt Ego veneror patrē. Quando vero habet passiuam construitur: cū nominatiuo patiente: & post se ablatiuo agente cum a, vel ab, vt pater veneratur a me.

Veneror	aris	atus sum	per honorare, & essere honorato.	
Largior	iris	gitus sum	per donare, & essere donato.	Elargior. Largior, in passiua significatione nunc rarum esse quidam scribit.
Experior	iris	ertus sum	per prouare, & essere prouato	
Moror	aris	atus sum	per aspettare, & essere aspettato	
Osculor	aris	atus sum	per baciare, & essere baciato	
Amplector	eris	xus sum	per abbracciare, & essere abbracciato	
Criminor	aris	atus sum	per incolpare, & essere incolpato	

Dehortor.

Hoſpitor aris	atus ſum	per albergare, & eſſere albergato
Hortor aris	atus ſum	per eſortare, & eſſere eſortato
Interpretor aris	atus ſum	per eſporre, & eſſere eſpoſto.

Iiſdem de rebus te etiã atque etiã hortor, Cic. 4. Ep. fam. Terentius, Hanc metui ne me tibi criminaretur.

* DICIMVS autem largior tibi librum, & ſic interpretor. Hortor vos ad virtutem: & de virtute: & cum duobus accuſatiuis: pauca pro tempore milites hortatur. Dehortor te à litteris. Criminor te furti, iudici vel apud iudicem. Non poſſum omnia complecti memoria ſeu memoriter. complector te amore, id eſt, Amo. Cõplector rem animo id eſt cõſidero, voluo, Morari eſt etiam retinere, ſeu tardare: vt Ne veſtrum remorer commodum, & quid me remoraris? ſignificat etiam dubitare, vt nihil moror, id eſt nihil dubito.

DE VERBIS DEPONENTIBVS.

DEPONENS eſt quod deſinit in or, nec formatur à Verbo deſinẽte in o, & alteram habet ſignificationem, cũ prius, vt aiunt, vtrãque habuerit.

VErbum Deponens Poſſeſſiuum eſt quod vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe genitiuum, vel ablatiuum ſine prępoſitione rei patientis, vt ego vtor pane, & miſereor pauperum.

Veteres ponebant etiam cum accuſatiuo, Vtor, Fungor, Abutor, Veſcor, & Potior.

Vtor eris	uſus ſum	per vſare, adoperare, hauere pratica
Fruor eris	ctus uel itus sũ	ꝑ vſare con diletto
Fungor geris	ctus ſum	per vſare, ò oſercitare, & de officio dicitur
Veſcor eris	ſin. ptõ, & ſu.	per vſare cibi
Abutor eris	uſus ſum	ꝑ vſare in mala parte
Potior eris	uel iris itus ſum	per ottenere
Recordor aris	atus ſum	per ricordarſi. item reminiſcor,
Obliuiſcor eris	tus ſum	per diſcordarſi
Miſereor eris	ſert* ſum	ꝑ hauer miſericordia.

Vtor, Fruor, Fungor, Vescor, & Abutor, ponuntur cum ablatiuo, vt usus sum tuis vestibus, & Fabio viro optimo familiarissimo vtor. Fungor officio, seu munere præceptoris, id est facio, fungor pretura id est, exerceo, & sic fungor magistratu: vnde defunctus munere prætorio, & cura tribunitia dicitur qui finiuit officium prætorium, & tribunitium munus, & defunctus periculis, est qui iã est extra pericula, & defuncta morbis corpora quæ iam sana sũt: & defunctus vita, qui obiit. Misereor cũ genitiuo, & sic Recordor, Reminiscor, & Obliuiscor: quæ tria etiam cum accusatiuo sæpissime inueniũtur, & Recordor etiam de hac re dicimur. Potior cum genitiuo, vt Rerum potiri voluit, & cum ablatiuo. Tuq; tuis Armis nos, te potiremur Achille: & est tertiæ & quartæ coniugationis, facit tamen in infinitiuo potiri.

Memoro tibi lectionẽ, vel in memoriã reduco, seu ad memoriam redigo, aut suggero, dicimus nõ recordor, vt, Tu illud erit vt suggeras, si mihi memoria forte defecerit.

Sæpe soleo mecum recordari. Cicer. in Ep. ad Cass.

Verbvm Deponens Acquisitiuum est, quod vult ante se nominatiuum agentem, & post se datiuum rei patientis, vt Ego auxilior tibi.

Auxilior	aris	atus sum	per aiutare. item opiculor, adminiculor	Suffragor, famulor,
Patrocinor	aris	atus sum	per aiutare in cause	Ancillor, Loquor,
Obsequor	eris	cutus sum	per compiacere.	Dominor, Moderor
Gratificor	aris	atus sum	per far cosa grata.	Nitor, Innitor.
Adulor	aris	atus sum	per lusingare, & accarezzare	Amicor, morigeror,
				Cõuitior, Blandior,
Assentior	tiris	sẽsus sum	per acconsentire. item Astipulor	Irascor, Gratulor,
				Refragor, Reluctor,
Medeor	deris	c.ptõ, & sup.	per medicare. item medicor.	Obuersor.
Minor	aris	atus sum	per minacciare	
Polliceor	eris	citus sum	per promettere	
Insidior	aris	atus sum	per fare agguati	
Aduersor	aris	atus sum	per contrariare. item obnitor.	

Cicero, Cetera assentior Crasso,

Loquūtur historiæ. Loquitur res ipsa. Loquuntur vulgo. Loqui ad voluptaté, est suo sermone audientibus voluptati esse.

Loquor pro dicere cū accusatiuo apud Plau. loquere nomē tuum. Non dices tamen loquor te pro alloquor.

Felix senectus si vsque ad vltimum spiritum dominabitur in suos. Cic.

Hoc simplex potius dicendum fuisset. Prosequor, Exequor, Solor, Cōsolor, Mereor, Opinor, Reor, Arbitror.

Comitor, Contemplor, Vlciscor, Prædor, Furor, Depeculor, Sortior, Percōtor, Fateor, Alloquor, Miror, Mercor, Lucror, Superlucror, Populor, Inficior, Aspernor, Conor, Enitor, Scru

DICIMVS Etiam assentior tibi hanc rem Medicatus es nos, Et egomet mihi in hac re medicari possum. Eius dolore, atque labore gnato vt medicaret tuo. Minatus est mihi mortē, & sic minitor, & turris minatur ruinam, Gratulor tibi hac re, & de hac re, & hanc rem, & sic grator, sed hoc Poeticum est, & Historicū, Gratulor, seu grator Deo, est gratias ago. Polliceor hoc tibi pro certo. Quæstui habent stulti homines male loqui melioribus. locutus est mihi secunda verba, locutus est mecum multa de te contra dignitatem tuam. Locutus est mecum de hac re verbis honestis, & locutus est in hanc sententiam. primi homines non sunt locuti ad hanc regulam, & diligentiam. Ne semper Curios, & Lucinios loquamur. Gubernator ex sua libidinem moderatur nobis, & nos. Deus omni in re dominatur. Et quod dominari in cetera posset, Inter quos dominari consueuissent. Irascor mihi vocis meis. Tibi vero irascor ob multiloquium, & Sosiæ iratus sum tua caussa. Cur tibi hoc non gratificer? Nitor his rebus, & ad has res.

VERBVM Deponens Transitiuū est quod vult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem. vt Ego sequor Varium.

Sequor	eris	cutus sum	per seguire
Imitor	ris	tus sum	p imitare, itē æmulor
Aggredior	eris	ssus sum	p assaltare. itē adorior
Misereor	ris	tus sum	p hauer misericordia
Dignor	aris	tus sum	per fare degno
Vaticinor	aris	atus sum	per indouinare.
			item auguror, ariolor
Metior	tiris	titus, & mensus sum	per misurare.
Adipiscor	sceris	adeptus sum	per acquistare.
			item nanciscor.
Præstolor	laris	atus sum	per aspettare,
			item opperior
Mutuo	aris	atus sum	per torre in presto

Exe-

Execror aris atus sum per bestemmiare, item detestor.

Assequor eris cutus sum per aggiungere, e conseguire. item consequor. adipiscor.

DICIMVS etiam Consolor me hac re, & Cósolor de te communibus miseriis. Prosequor te amore, id est amo. Prosequor te odio, id est odio habeo. Prosequor te laudibus, id est laudo: accipit enim significationem ab ipso ablatiuo. Non possum omnia memoria, seu verbis, vel litteris consequi. Si terra, vel pedibus te assequi non potero, equum, vel nauim conscendam. Persecutus sum omnia publicis litteris, id est complexus sum, & persecutus sum te conuitio, id est vituperaui. Tu passus es multa mala à me ex merito, & sic Precor construitur. Tu percontatus es me multa, vel de multis. Ego percontabor hoc à te, vel ex te Virtus à viris nomen est mutuata, & nos Latini mutuati sumus multa vocabula ab ipsis Græcis, id est accepimus. Confessi sunt perfidiam, & de perfidia, Precamur omnes dona diis, & nemo pro nobis deprecatur, Mercor cõstruitur, vt emo. Dignor te hoc honore, id est dignum iudico seu dignum facio. Quos quoniam cæli non dum dignamur honore. Conor id, & ad id. Alloquor te hanc rem, & de hac re dulcibus verbis, Collocuti sunt ex equis me cum, & me, Vltus sum hostem, & de hoste. Miror hanc rem, hac re, & huius rei Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. Admiratus sum minus de Dionysio. Tu mentitus es mihi multum de annis tuis. Tu moliris mihi insidias, id est paras. Tu prædare in, vel de vel ex bonis alienis, & bona mea nostra, illius, non illi. at furatus es tria millia pondo auri sacerdotibus è templo. Ne ad eam mediteris etiã dicimus, & vt de tua quoque ratione meditere, Debes iã, illos suspicari, sunt id de te suspicati.

tor, Testor, Precor, Meditor, Venor, Aucupor, Rimor. Vereor, Nanciscor, Molior, Nitor, Sortior.

Causor, pro caussam affero, & excusationem adduco.

Persequor, insequor, Sic prosequor te admiratione, id est admiror. Cic.

In Sempronia maximã ab omnibus laudem adeptus es.

Fateor te benemeritum esse de.

Miror huius rei, Græca est imitatio, si Seru. credimus.

Tu subripuisti, vel abstulisti mihi librũ dicimus, nõ prædatus fuisti. Furor tamẽ tibi, auctore Diomede dicitur. vnde, Ouid. Filia purpureos Niso furata capillos. Cic. 103. in Ver. Verres omnibus in rebus apertissime prædatus est, & 189. Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur.

Bacchor.
Crapulor.

Verbum Deponens Effectiuũ est, quod vult te se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem, sine præpositione vel accusatiuũ cũ ob, vel propter, vt ego lætor pace vel ob pacẽ.

Lætor	aris	atus sum	per allegrarsi, e dimostrarsi allegro
Glorior	aris	atus sum	per gloriarsi
Tristor	aris	atus sum	per attristarsi. item contristor
Delector	aris	atus	sum per dilettarsi. item oblector
Stomachor	aris	atus sum	per stomacarsi, & sdegnarsi
Verecũdor	aris	tus sum	per vergognarsi. item indignor
Expergiscor	ris	ctus sum	per isuegliarsi.

Cum accusatiuo sine præpositione etiã dictum est Lætor vtrunque, vt Virg. II. cum genitiuo. Nec veterum memini, lætor ue malorũ. Sed grecanicè aucto re Seruio.

Quidã indignantur imperia quint lib. I.

Multi vocant deponẽs passiuũ, tu quod magis libet accipe, mihi sic appellare placuit, quòd hæc verba nullam significant passionem, sed naturam, seu originem, ac principium viuẽdi accipere.

* Dicitur Etiam lætamur omnes de amica de communi salute. Glorior meis, & de meis diuitiis. Tu mihi in hoc Gloriatus es. Indignor mecũ casum tuum. stomachari est indignari, & quasi ex aliquo fasto, dictoue offendi, & vtrunque accusatiuo iungitur sine præpositione vt Id adueniẽs me cum stomachabar modo. Hi patrium dedus, & partum indignantur honorem. Delectatus est etiam in his Marcus Tullius, & ego in eo me oblector. Tu tanta in voluptate baccharis.

Verbum Deponens separatiuũ est, quod vult ante se nominatiuum agentem, & post se ablatiuum cum ex, vel de, & interdum, a, vel ab vt ego ortus sum ex bono patre, a principibus nasci fortuitum est, sed sæpissimè sine præpositione, vt nate dea, homo loco obscuro, tenuiq; fortuna ortus.

Orior	reris	ortus sum	
Nascor	sceris	natus sum	per nascere
Renascor	sceris	tus sum	per rinascere. item exorior

* Orior Est tertiæ, & quartæ coniugationis.

Oriri

Oriri tamen vtimur in infinitiuo,& dicimus oriuntur sydera cælo. Herbæ ex terra, siue à terra nascuntur. Et ego natus sum triginta annos, vel annis. Et tu natus es ad annos triginta, & cum datiuo. Scitus mihi puer natus est hodie,& ille gurges, atque heluo natus abdomini suo non laudi atque gloriæ.

Cic. in Pisonem.

VERBVM Deponens Absolutum est quod vult ante se nominatiuum agentem,& post se si apponitur, casum cum præpositione, vt ego proficiscor ad vrbem.

Proficiscor sceris fectus sũ	per andare.itẽ gradior
Egredior deris gressus sum	per vscire fuori
Cõgrediòr deris gressus sum	per venire alle mani
Altercor aris atus sum	per contendere. item rixor
Amolior liris litus sum	per partirsi, e rimuouersi con dificultà
Queror reris stus sum	per lamentarsi. item conqueror
Luctor aris atus sum	per fare alle braccia
Conuersor aris atus sum	per praticare con huomini
Diuersor aris atus sum	per praticare in luoghi
Ratiocinor aris atus sum	p ragionare, far conto
Philosophor aris atus sum	per filosofare,& attendere alla Filosofia.

Ingredior, Negotior, Castrametor, Versor, Piscor, Lignor, Aquor, Bellor, Prælior, Digladior, Tumultuor.

Vos amolimini hinc Ter.

Otior, Apricor, Iocor, Nugor, Fabulor, Rusticor, Cõcionor, Conuiuor, Labor, Lacrymor, Vagor, Peregrinor, Peigræcor, Scortor, Sermocinor, Spatior, Regredior, Reuertor.

• DICIMVS Etiam egressus sum rare fines meos,& villa, & ingredior vrbem, & ad forũ. questus est multa de me Cæsari, vel Cũ Cæsare seu apud Cæsarem, Conquestus est vicem suam, & illacrymauit, conqueritur mecum fortunas suas. Lamentari, est voce querula, & tristi, iacturam suam testari. profectus sum pedibus per Siciliã Virgo matrem suam lamentatur mortuam ex Ter.

Ex Quintil.& Prisc. Impersonale dictũ, vel quòd per se certam non determinet personã, cum personas non distinguat, ut personale nel (si Diomedẽ audimus)

quòd sine personis pronominis intelligi non potest, & a nobilliori vocitatur. Indigetur, Caletur, Mœretur, & similia non sunt in vsu. Diomedes docet formari a secunda persona remota s, & addita, tur. A neutris tamē acqsitiuis quæ poni pos sunt cū infinito non fiunt impersonalia i tur, sed in t, vt placet, præter noceo, qđ habet vtrunque. Non audiendi Scioli quidam; qui hæc ab Actiuis fieri negant: & ablatiuo construi, contra Diom. Prisc. & oēs doctos grammaticos, Plau. tamē in capt: Quod bonis benefit beneficium. Cuius, & cuia dicit in singul. at in plur. quorum. Prosunt, Cōducūt, Cōferunt, Pertinēt, Spectant.

De Verbis Impersonalibus.

VERBUM Impersonale est quod caret numeris atque personis, & est Actiuæ vocis in T. vt refert, & passiuæ vocis in Tur. vt seruitur.

De Verbo Impersonali Passiuæ vocis.

VERBUM Impersonale Pasiuæ vocis formatur à verbis desinentibus in o, actiuis. Neutris Acquisitiuis, Neutris, Transitiuis, & neutris absolutis à tertia persona præsentis indicatiui addita tur ut Amat, Amatur, & potest construi ablatiuo agente, cum a, vel ab ante se, post se vero casu sui verbi, si venit à verbis Neutris Acquisitiuis, & Absolutis, vt a me seruitur Petro, & à te itur in antiquam syluam, quandoque tamen loco ablatiui habet datiuum, vt mihi deliberatum est, & caret præterito perfecto, & quæ ab eo formatur, si supino caret verbū à quo ipsū impersonale formatur: qualia sunt disco, metuo, timeo, studeo, & cetera.

De Impersonalibus Actiuæ vocis.

HÆC Verba Benefit, malefit, & satisfit dicūtur Impersonalia, & construuntur ante se ablatiuo cum à vel ab: & post se datiuo, vt à me benefit pauperibus a te mihi cumulate satisfit. Cic.

INTEREST, & refert posita cum infinitis habentur impersonalia, & construuntur cum genitiuo: vt Petri interest studere, exceptis mei, tui, sui, nostri, & vestri: loco quorū dicimus mea, tua, sua, nostra, & vestra.

SI autem non ponuntur cum infinito, dicuntur personalia, & volunt ante se nominatiuum agētem: sed ex vsus frequenti agere neutro horū pronominum hoc, illud, istud, id, & quod vel quid, ac numero quidem singulari, post se vero genitiuum: exceptis mei, tu, sui, nostri, & vestri, pro quibus dicimus mea, tua, sua, nostra, & vestra: vt, Hoc in-

interest Petri, & mea.

DICIMVS præterea Magni, Parui, Tanti, & Quanti in genitiuo, At Magis, minus, plus, parum, multum, plurimum, minimũ, pauxillum interest, vel refert mea, & ad honorem meum, & tua solius, vnius, ipsius: Et vestra omnium, nostra ipsorum, sua cuiusq;, & sic cum participio mea legentis interest, & similiter nostra, seu vestra duorũ, triũ, &c. & sic plurium, & multorum, at nostra solum, vel tantum, non nostra solorum, vel vnorum. Itẽ mea qui sum præceptor, & vestra qui estis patres. Sic Ter. Cic. & Plin. loquuntur.

EST etiam iunctum infinito habetur impersonale, pro spectat: & ponitur cum genitiuo, ut, discipuli est honorare magistrũ, exceptis mei, tui, sui, nostri, & uestri, Pro quibus dicimus meũ, tuũ, suum, nostrum, & vestrum: vt Meum est docere, id est ad me spectat.

SINE infinito est personale: & nominatiuũ exposcit, & genitiuum: vt hoc est oratoris, præter dictos primitiuorũ gtõs, nã hoc meũ est, dicimus.

PERTINET, Spectat, & Attinet cum infinito dicuntur impersonalia, & ponuntur cum accusatiuo cum ad: vt ad me pertinet interpretari lectiones.

SINE infinito sunt personalia, & volunt ante se nominatiuum: & post se accusatiuum cum ad, vt hoc opus spectat ad plures: & licet sint personalia, non habent tamen nisi tertias personas in vtroque numero.

LIQVET, Libet, Placet, Accidit. Cõtingit, Euenit, Conducit, Prodest, Expedit, Patet, Præstat, Licet, Vacat, Restat, & similia cum infinito posita dicuntur impersonalia, & construuntur cum datiuo: vt militi placet pugnare.

SINE infinito sunt personalia, & volunt ante se nominatiuum, & post se datiuum rei patientis, vt

horũ loco ponũtur: licet Cic. 3. At. Mea interest loci natura, & pro Mur. Ea cędes crimini datur, cuia interfuit, & Pli. Plurimũ refert ratio soliciuusque, & idem. Infinitum refert lunaris ratio, & lib. 6. Nec terræ tantũ natura circa has refert. & Lucr. vsque adeo magni referunt studium, atq; voluptas; dixerint.

Dicitũ ẽt Reip. refert cõseruari litteras, & vt conseruentur.

Et in hoc sẽsu ẽt personale, nõ est in vsu nisi ĩ tertiis psonis.

Pertinet in vtrãque partẽ dixit Quintil. Dicitur etiam, Hoc nõ pertinet ad rem, id est, non facit. & Omnia flumina admare pertinent, id est perueniunt.

Sũt ẽt Sedet pro placet Displicet, Obuenit. Obtingit, Competit, Sufficit, Cõuenit. Obest. Nocet.

Dicitur etiam Quãdo nõ cõtigit, vt mecum nauigares. Cic.

Sene.n. ait Non vaco ad istas ineptias. & Ouidius, Corporis ad cultũ vix vacas sequere. Et si Prisc. lib. 18. contingo eue nio, & Deceo dici af ferat: ipse enim vsũ doceo.

Don. in adelp. docet. Decet olim etiam cũ datiuo dictũ. vt Ter. facite ita vt vobis de cet. Plau. nobis decet esse bonis, & Ci, Prudentię tuæ id de ceat. & alibi. Si quid dedeceat in illos, vi temus ipsi, cum accusatiuo dixit.

Egeo, Indigeo, & Opus est loco, oportet ponentur personaliter.

Oportet vt eamus, etiã dicitur, & Oportuit dictum factum, pro dixisse, & fecisse, & te ipsum imiteris oportet.

Depudet. Dispudet, Distædet.

Pœnitet cum infinito præsentis temporis, significat persę-

vt virtus placet hominibus.

PRÆSTAT, Pro melius est: cum infinito: & sic fere semper: Vacat, Pro commodum, seu otiũ est. Licet, conducit, expedit, constat, accidit, contingit, Euenit, & Liquet, quod caret præterito: habent tantum tertias personas in vtroque numero, quando personalia sunt in his significatis. Placet, licet, & libet impersonalia, habent præteritum placuit, & placitum est, vel fuit: Licuit, & licitum est, vel fuit. Libuit, & libitum est vel fuit.

* DICIMUS præterea hoc mihi per te nõ licuit exquirere. Istuc verbum vere in te accidit. Natura multũ ad eloquentiam cõfert, Labor conducit ad bonas litteras, & opes parandas, & ego faciã, quod in rem conducat tuã, Id plerunque in magnis animis contingit, vereor ne idem eueniat in meas litteras. Conuenit hoc inter nos. Hæc vitia possunt in quemuis potius, quam in istum conuenire.

DECET, Dedecet, Iuuat, Delectat, & Oportet cum infinito posita habentur impersonalia, & construuntur cum accusatiuo sine præpositione: vt Bonos decet bene viuere. Sine infinito sunt personalia, & volunt ante se nominatiuum agentem: & post se accusatiuum patientem, vt bona verba delectant me, & variantur per tres personas: præter decet, & dedecet: quæ tertias tantum voces habent in vtroque numero. Et oportet: quod nunc ponitur semper impersonaliter, & significat etiam decere.

POENITET, Tædet, Miseret, Piget, & Pudet, nunc ponuntur semper impersonaliter cum accusatiuo ante se, & post se genitiuo, vel infinito, vt me pœnitet peccatorum, vel peccasse.

* POENITET significat, etiam parum est, vel parum videtur, & pro pudet, ac Tædet etiam Ponitur interdum. Piget, Pudet, & Tædet duplicia dãt præterita, vt piguit, & pigitũ est, vel fuit, Puduit, &

& puditum est, vel fuit, Tæduit, & pertæsum est, vel fuit, quod est vsitatius. Miseret licet actiuæ sit vocis, habet tamen præteritum, misertum est, vel fuit. Miserescit etiam ponitur cum accusatiuo, & genitiuo impsonaliter, vt inopis te miserescat mei, licet hoc sit etiam personale, vt miserescimus vltro, & Miserescite nostri. In iis, quæ vulgo dicimus, Tu mi fuergogni, ò mi fai vergogna, & Tu mi rincresci, Latine dices, Tu me afficis dedecore, & Tu me afficis tædio. Erant olim etiam hæc personalia, vnde Teren. Hei mihi non te hac pudent? & Luca. Quem sæua pudebunt supplicia, & Plaut. Nemo miseret mei, & Suet. dixit, signa quædam pœnitentis de matrimonio, & adoptione.

INCIPIT, Debet, Definit, Solet, Potest, & Cœpit iuncta cum infinitis verborum impersonaliũ, sunt impersonalia, & cum illis ponuntur casibus, quos exigunt illa infinita, vt bonos viros solet tædere vitiorum: a te debet inseruiri Petro, me cœpit pœnitere peccatorum. Sin autem iunguntur infinitis personalium sunt personalia, & illos exposcũt casus, qs illa infinita, vt tu debes seruire Deo.

IMPERSONALIA tam actiuæ, quam passiuæ vocis carent ex vsu futuro imperatiui, & infinitiui; ac supinis, gerundiis; & participiis. Nam pœnitendi, pudendo, pudendum, pœnitens, & similia sunt à verbis, quæ olim plenam habebant declinationẽ, & sic quæ ab iis participia inueniuntur.

DE INFINITIS.

INFINITUM verbi est modus nec numeros definiens, nec personas, & alterius verbi indigens coniunctione. Hoc si fuerit à verbis personalibus construitur cum accusatiuo loco nominatiui cum quod vel vt, cum verbo finito: post se cum casibus sui verbi, vt mihi placet te studere poesi, Audio te doceri multa à præceptore, cupio te frui felicitate tua. Infinita tamen verborum similes casus copulan-

uerant etiam in re, vel rei attestationem. Vetustissimi per datiuum dixere. Pertæsum est mihi autore Diom. Quos non veritum est in ea voluptate summum bonum ponere, dixit Cicer. de fin. impersonaliter Pro Puduit. Ipsam Bacchidẽ eius commiseret. Ter. Inter hæc non ponitur Volo, quia nunquam amittit rectũ. Vnde dicitur, Volo a me seruiri deo, & volo te pœnitere peccatorum. Iustinus tamẽ xi. personaliter dixit. Athenienses sicut primi defecerunt, ita primi pœnitere cœperũt, Sed nõ imitandum. Plaut. in cass. ita nũc pudeo. Infinitum autẽ est à verbis, uel personalibus, uel impersonalibus. Priscianus lib. 8. Infinita dicta esse asserit, quòd carent &

lantium, accusatiuum post se quærunt: vt cupio te esse doctum. Doleo uos incedere superbos. Audiui illum nominari Petrum, & itidem vbi nullum ante se casum habent à se rectum. Sic Optima res est esse diuitem. Pulchrum est haberi eruditissimum. Haud vita est viuere superstitem Reip. & sic dicimus Petri, seu mea interest esse facundum, non facundi: licet cum verbis datiuum poscentibus possit pro accusatiuo figuratæ subiungi datiuus. vt vobis expedit esse bonos, & bonis, & tibi licet esse probũ, & probo, sic enim optimorum scriptorum vsus probauit.

gnificatione diffinita tam personarum, quam numerorum. Nec te moueat: si qñ leges hæc infinita verborum similes casus copulantium cõstrui duobus nominatiuis: tũc enim Id fit vbi eadẽ est persona agens vel patiens verbi finiti, & infiniti, vt disce esse pater. tu diceris ab omnibus esse doctus. Hæc tamen per participia, & frequẽtiora sũt, & elegãtiora.

DICI etiam potest credo vos dicturum, mulieres amaturum esse, & hanc rem tibi præsidio futurum. Infinitum enim nec generi inseruit, nec numero. Gellio auct.

Apud Poetas, & Historicos.

INFINITA verborum impersonalium construũtur cum casibus suorum verborum, vt lætor tibi contigisse conuersari cum bonis viris, & à me satisfieri tibi, vellem à te obediri parentibus, credo tua interes se legere Vergilium, Doleo te non pœnitere vitiorum.

PONVNTVR non nunquam infinita præsentis temporis pro præterito imperfecto indicatiui, & tunc regunt casus suorum: verborum, vt inuidere mihi omnes, mordere clauunculum, ego floccipendere, pro inuidebant, mordebant, floccipendebam. Interdum pro nomine, vt scire tuũ nihil est. Quãdoque loco gerundii ex græcorum imitatione vt. Et iam tempus æquum fumantia soluere colla. Donat habere viro, & pro participio, ut Conueni seruum ferre pisciculos minutos, id est ferentẽ, Item dicimus habeo vobis dicere, Habeo polliceri.

Mar. Tolle tuũ nolo: Dyndime, nolle volo Fruges consumere nati. pro ad consumendum. Hor.

DE ADVERBIIS LOCALIBVS.

ADVERBIA Localia, ad quæ cetera referũtur, sunt sex, vbi, quo, vnde, qua, quorsum, & quousque. Quæ omnia pro verbi significato ponuntur. Nam

In his consideranda est verbi significatio.

Nam verbis significantibus motū, vt sto, lego, dormio, iunguntur aduerbia loci in loco. Quæ sunt: Hic, illic, istic, intus, foris, Vbi, ibi, & ab his composita: Alibi, Alicubi, Necubi, Sicubi, Vbiuis, Vbique, Vbicunque, passim, ibidem peregre, vsquam, & nusquam.

CVM verbo significante motum ad locum: vt eo, proficiscor, accedo, ponuntur aduerbia loci ad locum, quæ sunt: Huc, illuc, istuc, intro, foras, illo, eò aliò, quò, & ab his composita, vt Siquo, Nequò, aliquo, quouis, quolibet, quocunque, eodem, peregre, vsquam, & nusquam.

CVM verbo significante motū de loco, vt discedò, venio, exeo, ponuntur aduerbia loci de loco, quæ sunt: Hinc, illinc, istinc, intus, foris, peregre, inde, unde, & composita ab his: vt Aliunde, alicunde, sicunde, necunde, undique, undecunque, undeuis, indidem, & undelibet.

CVM verbo significante motum per locum, ut transeo, prætereo, nauigo, curro, ponuntur aduerbia loci per locum. Hac, illac, istac, illà, alià, quà, eà, eadem, & composita a qua, ut Siqua, nequa, aliqua, quauis, qualibet, quaqua, & quacūque.

VBI autem significatur motus versus locum, ponuntur aduerbia loci uersus locum: Horsum, illorsum, istorsum, aliorsum, dextrorsum, sinistrorsum, sursum, deorsum, quorsum, & ab eo cōposita, vt Siquorsum, nequorsum, aliquorsum, & similia.

CVM vero significatur motus vsque ad locum: vel vsque ad tempus, ponuntur aduerbia loca vsque ad locum: vel vsque ad tempus, Hucusque, illucusque, istucusque, hactenus, quousque, eousq;

VNVM & idem uerbum sæpe duos motus significat, vt est eo, uenio, curro, abeo, redeo, vt, illinc regressus sum huc.

* ADVERBIA loci assumentia cunque, ut ubicun-

Necubi.i. ne l aliquo loco. Liui. tamē, Ad mistis ipsorum impedimentis necubi sistere coactis, prō nusquam dixit.

In limine vltro citroque cōmeabat, & significatur locus certus: & est etiam in dictis, ut multis uerbis ultro citroque dictis cōsumptus est dies.

Hic; Huc; Hinc; Hac; Respiciunt personā primam. Istic; Istuc; Istinc; Istac; secundam: Illic; Illuc; Illinc; Illac; tertiam.

Nūtio modo statum significat: ut nuntiatum est Romę: modo motū ad locum: ut; Hęc nunciant domū Albani.

Habito Perusiæ dicimus aduerbialiter: & per regimen; Perusiā; rura; casas; & cum ablatiuo cū in: ut Habitas in ædiculis, & lucis opacis. Sueto. in Aug. vrbe oppidoue egressus.

Versus i & usque in

cunque, quocunque, vndecunque, quacunque, & quæ geminantur, ut ubiubi, quoquo, quaqua exigũt duo verba, sed immediate sequenti accomodantur, vt ubicunque fueris ueniam, & ero, quoquo ueneris.

NOMINA propria urbium, & oppidorum ponuntur loco aduerbij, pro verborum (quibus iunguntur) significato. Nam cum uerbo significãte statum in loco ponuntur in genitiuo, si fuerint primæ, uel secundæ declinationis; ut Ego Studui Perusiæ, dum tu fuisti Arretij: Sin tertiæ, in ablatiuo, uel datiuo, ut, Tu fuisti Carthagine, ego vero Tyburi. Quæ autem declinantur numero plurali, ut Venetiæ, Pisæ, Thebæ, ponuntur in ablatiuo, ut Marcus negotiatur Venetiis.

CVM uerbo significante motum ad locum ponuntur omnia in accusatiuo sine præpositione, ut ego eo Romã, Neapolim, Athenas. Cum verbo significante motum de loco, uel per locum, in ablatiuo sine præpositione similiter omnia, ut uenio Florentia: Transiui Puteolis, Vbi autem significatur motus uersus locum ponuntur item cuncta in accusatiuo cũ uersus post posito, ut Tendo Fulgineum uersus. Cum uero motus usque ad locum notatur, in accusatiuo cum usque, ut usque Typhernum ibo, uel Asisiam usque Propertij, & Pasfieni patriam insignem.

NOMINA tamen Latina locorum propria ex duobus rectis composita, non ponuntur instar aduerbiorum, sed cum præpositione uel posita, uel subintellecta, ut in Monte alto, ex mõte alto, ad, in, vel per montem altum, quomodo possunt etiam poni alia nomina locorum propria, ut ab Larissa decessit ad Demetriadem, & Paullum in Caieta vidi.

NOMINA propria prouinciarum, insularum, montium, collium, uallium, fluminum, fontiũ, & tem-

his sũt aduerbia; unde additur ꝓpositio nominaliter, ut patet in appellatiuis; quin etiam de loco dicit, ex Aethiopia usque est hæc, & inde usque a pueritia. Pris. li. 15. cap. 1. scribit; Nomina loco aduerbiorũ accepta manere indeclinabilia; licet iungãtur casibus nominũ, uel pronominum.

Fulginiam vocat Silius: Asisia, & Asisiũ legitur, Reticetur tamen sæpe præpositio in his compositis.

Vnde dictũ est; Nouum comũ deduxit; Carthagine noua cõuentũ agit, ut sit nõ nunquã in nominibus prouinciarũ; & appellatiuis. nusquã .n. adhuc legi in casibus, quibus præpositio non põt iungi; ut est genitiuus, & dati

& templorum: ac appellatiua omnia, ubi nullus significatur motus ponuntur in ablatiuo cum in, ut fui in Etruria, in Sicilia, in Parnaso, in Tyberi, in Platea.

VBI uero motus est ad locum, in accusatiuo cũ ad, uel in, ut in Galliam, uel ad urbem equito. In ablatiuo de loco, cũ de, uel è, uel ex, ut ex agro redeo, & ex Hispania. In accusatiuo per locum cũ per, ut transiui per Tyberim, per Picenum. In accusatiuo uersus locum cũ ad, uel in, & uersus post posito, ut ad Orientem uersus, & in Germaniam uersus. Sed absque præpositione frequentior est usus. In accusatiuo usque ad locum, uel usque ad tempus: cum usque, & ad, uel in, ut in Latium usque proficiscar, & usq; ad diẽ lunæ te expectabo.

DE hominibus autem, ubi status est, dicimus, fui cum Petro, & apud Lucium cenaui: vbi motus ad locum, in accusatiuo cum ad, ut ad Furiũ ibam. De loco in ablatiuo cũ à, vel ab, ut a Curio redeo; per locũ non dicimus, nisi sic, Transiui apud Franciscum. Iter feci apud te, &c. Dicitur etiam eo ad Chremetem, id est domum Chremetis, & eamus ad me, id est domum meam.

DOMVS, & Rus, licet appellatiua sint, ut propria tamen poni possunt instar aduerbiorum, ut domi sum, in genitiuo, & tu ruri manes, in datiuo, sic frequens est usus, ubi nullus est motus. At eo domum, uel Rus, in accusatiuo, ubi motus est ad locum. Venio uel transeo, domo, Rure, in ablatiuo, quando motus est de loco, uel per locum. Eo Domum, Rus, in accusatiuo cum uersus, & usque, si motus est uersus locum, uel usque ad locum. Humus, Militia, & Bellum, ponuntur etiam loco aduerbij in genitiuo cum uerbo quietis, ut places mihi belli, domiq; sed quid humi iaces, ubi nõ manes militiæ? Aliàs cũ præpositionibus ponũtur, ut appellatiua, vt cecidit in humum, & in militiã profectus

tus; nec in ablatiuo cum verbo significãte motũ per locum. Insularũ tamẽ nomina leguntur quandoque sine ꝓpositione: & interdũ aduerbialiter posita, ut Vict. Cedrus nascit Cretæ; & Cic. Cretæ in cupressetis. Gnosiorũ insistens. quin ẽt apud. Africæ: & Thessaliæ dixit. Quæ tamẽ nõ sunt imitãda. In Furium enim significat contra. Cic. 9. Ep. fam. Rectissimè sũt apud te omnia. i. domi tuæ. Sic etiã cum verbo motum de loco cum ablatiuo leges.

Domus enim, vt secũdæ declinationis: Rus vero, Tertiæ, vnde etiam in ablatiuo legitur cum verbo quietis; Rure. P. Clodius domi Cæsaris fuit deprehensus. Cic. 7. ad Att. Dictum tamẽ est etiam Deiecit humi vultũ. Fundit humi; Accubuit humi; Serpit hu-

mi, Strauit humi, Spargit humi.

• Reticetur tamen in his quãdoq; præpositio apud scriptores,

fectus est. De loco tamen legitur, surgit humo, & nunquã se tollit humo, nõ appõsita præpositione.

IN plurali autem numero hæc appellatiua nõ ponũtur aduerbialiter, sed nominaliter à verbis recta, aut præpositionibus, ut in domibus latuit, ad domos eo, ex domibus redeo. Rura habito, &c.

NOMINA tamen propria urbium, & oppidorũ, ac prædicta appellatiua, non ponuntur aduerbialiter, ubi alteram sibi dictionem habẽt copulatam, sed nominaliter cum præpositionibus, ut uenio ex oppido Ruspina, eo ad urbem Venetias, fui in pulchra domo, in feraci rure, transiui per augustam Perusiam, & sic de singulis, cum his tamen pronominibus Meus, Tuus, Suus, Noster, & Vester, & hoc nomine alienus, possũt Domus, & Rus, ac dicta locorũ propria pro aduerbiis poni, vt malo esse domi meæ, quam Athenis tuis.

Suet. Reatina Rura petunt: Liu. Oppidum repetebat: ex verbi constructione.

PETO tamen urbem Perusiam, fluuium Tyberym, agrum, domos, uineam; & similia sine præpositione; pro; Eo; dicimus; & sic Repeto.

• ADVERBIA Localia habent interim uim referendi, veniens in eum locum, vbi est parendum, id est in quo, Genus unde latinum id est à quo, à prædonibus vnde emerat, id est à quibus. Nostin hunc fundum quo venimus? id est, ad quem. Qui genus unde domo, pro ex qua domo, unde domo quæque sit quære.

• ADDVNTVR aduerbiis his loci, quandoque nomina casu genitiuo, ut ubi uis gentium ætatem agam, fratrem nusquam inueni locorum, Vbi terrarum esses ne suspicabar quidem, quoquo terrarum iueris, Rhoditm, aut aliquo terrarum migrandum est, & sic uspiam gentium, uspiam ruris; ubique itineris, ut longe gentium, &c.

DE SVPINIS.

Dicit verbi modus; seu verbũ (vt aiunt)

SVPINVM in vm, habet significationem actiuã, nisi fuerit à verbis passiue significantibus, qualia

lia sunt gauisum, vapulatum, nuptum, vænū, &c. & iungitur verbo, seu participio significanti motum ad locum expresse, vel implicite, cōstruiturq; post se cum casu sui verbi, ut eo lectum lectiones; & admissus fui spectatum, id est ut legam; & ut spectarem.

SVPINVM in u, habet significationem passiuā, & ponitur sine casu, cum nomine tantum adiectiuo, vt nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli. Nec est in vsu cum verbo significante motū de loco, nam ab aratione redeo, & ab auditione, dicimus: nō ab Aratu, & Auditu. Hec igitur non erit à verbis, quæ passiuum non formant, vel passiuè nō significant.

participiale. Expositio fit per ut, & subiūctiuum.

Latens'.n. est motus in iis, Do vænū, do nuptū; &c. vt aiunt.

Exponitur per vt, & subiunctiuum uerbi passiui.

Non est facile purgatu, Rarus inuentu, & sic Fas, & Nefas auditu dicitur.

Prisc. Exam. 6.

De Gervndiis.

GERVNDIVM uel uerbum sit participiale, uel ut puto participiale nomen, ab Actiuis ueniēs, & Communibus Neutrisq; Transitiuis passiuum in tertiis personis formantibus, actiuam, & passiuā significationem habere dicitur, à ceteris uerbis eandem, quam uerba.

GERVNDIVM habet numerum singularem tātum, & quattuor casus Nominatiuum, Genitiuum, Accusatiuum, & Ablatiuum. Et ante se nullum regit casum; post se uero casum sui uerbi: si actiue ponitur, nam passiuè sine casu usurpatur.

NOMINATIVVS desinit in dum; ut eundū, exulandum, utendum, ponitur q; cum uerbo substantiuo, ut legendum est lectionem, petēdum est pacem a rege; Timendum est pœnas in morte: ponitur etiam cum datiuo, ut mihi scribendum est litteras ad Petrum. Exponitur autem per oportet, seu necesse est; & infinitum sui uerbi; ut uiuēdum est recte; id est oportet uiuere; quandoque per debet; sed cum infinito passiuo, uel impersonali passiuæ uocis, si sine datiuo ponitur; ut eundum est; id est debet iri, petendum est pacem; peti debet

Gerundia à participio præsentis nasci docet ablata, s, & addita; dum, di, do, Prisc. lib. 8.

Gerundia sunt Neutri generis, & singularia semper.

Verbalia etiam cum casibus suorum uerborum, olim cōstruebātur: ut apud Plautum sæpe legitur.

Fortasse nec datiuo caret gerundium; ut sum tibi soluēdo: decocta est uescendo.

Non est habile tundendo, apud Pli. licet hęc sit rarissima.

Vt mihi eundū est: a me debet iri: & ego debeo ire.

pax;cum datiuo enim poteſt etiam actiue exponi.

GENITIVVS deſinit in di, ut ſeruiēdi, nec verbis iungitur, aut participiis, ſed cum nomine tantum ponitur, vt ueni huc cauſſa legendi lectionem, id eſt vt legerem, & paſſiue, Cui lectica per vrbem vehendi ius tribuit, id eſt ut veheretur: exponitur enim per ut, & ſubiunctiuum, poſitus tamen cum his adiectiuis, Cupidus, Timidus, Auidus, Doctus, Peritus, Promptus, Certus, Conſuetus, & huiuſmodi, quæ cum infinito, & gerūdio cōnecti poſſunt, per infinitum exponitur, ut iam certus eundi, id eſt ire, Manendi, uiuendi, & exiſtendi non regunt caſum, Lætus, Dignus, & Opus cū infinito ponuntur: ut opus eſt reſpondere, lætus honorari, dignus habere opes.

ACCVSATIVVS deſinit in dum, & ponitur cū præpoſitione ad, vel inter, vel ob, vel propter, & quandoque cum in, & ante, ut ad legendum lectiones tendo, inter eundū caueto: ob uel propter te redimendū, in capiendum hoſtes, & paſſiue, domus aperta eſt ad videndum, ante domandum, & dum ad imperandum vocaretur.

CVM his tamen verbis, Loco, Conduco, Mando, Curo, Habeo, pro Debeo, & ſimilibus non apponitur præpoſitio. Exponitur autem hic caſus per ut, & ſubiunctiuum, vbi poſitus eſt cum prædictis verbis, vel præpoſitionibus ad, ob, propter: Sed cum in, & inter, per dum, & donec. Ponitur etiā hic caſus ſine præpoſitione cum infinito eſſe, vt arbitror tibi eſſe eundum Romam, & ſine eſſe, vt tempori inſeruiendum puto, id eſt oportere, ſeu neceſſe eſſe ire, & puto debere inſeruiri. Habet enim ſic poſitus eandem vim, quam nominatiuus. Hortor, & Flagitor reſpondere, & ad reſpondendum dicimus, & ſic, Paratus, Aptus, & Idoneus ſum pugnare, & ad pugnandum.

ABLATIVVS deſinit in do, & ponitur uel abſolute,

M. Cat. Cū ergo pro ... illa, ut illius ſacri ... cēdi ergò. de re ... ſt.

... ſubſtantiuis frequentius; qualia ſūt, ... amor, cauſſa, gratia, ... occaſio, tēpus, locus, ... tio, opportunitas, copia, poteſtas, ars, ... mos, conſuetudo, uenia, uolūtas, deſiderium, cupido, libido, ... auiditas, libertas, licentia, commeatus, commoditas, &c.

Cæſar. 7. conſilium cepit dimittere à ſe equites, & Sal. in Cat. non fuit mihi conſilium bonum obiū cōterere, cum ſubſtantiuis poſuere infinitum more Græco. Id eſt ut uideatur, ante quam domeiur, & vt ei imperaretur, Sal. Cic. in Tuſc.

Secūdū genus voluptatū nec ad potiēdū difficile cenſet, nec vero ad carendum. Liuius. Poſtea quam vidit pugnandum. Et itidē Audax; Habilis; celer; facilis; fortis; ineptus; nauus;

lute,vt legendo disco,vel cum præpositionibus in, de,e,ex,a,ab,cum,& pro, in significatione sui verbi: ut, In nauigando, de transeundo, e defendendo, ex accusando: Deterrent à scribendo, iuncta est cum loquendo, pro vapulando. Nam passiue à verbis, ex sua natura passionem non significantibus absolute ponitur: ut memoria excolendo augetur. Regit autem casum post se sui verbi, vbi acti uam habens significationem, ponitur absolute, uel cum præpositionibus in, & de, cum aliis enim sine casu vsurpatur. Exponiturq. per dum, uel donec, uel postquam, uel ubi, quando, quoniam, ne, si, ut, & eiusmodi, ac indicatiuum, uel subiūctiuum pro uerborum sensu. Nec ponitur cum verbis motum de loco significantibus: nam redeo ab aratione dicimus, & à lectione, non ab arando, & legendo. Soluendo tibi non sum, & nō sumus dicitur: id est non habeo vnde tibi soluam, uel soluamus.

AB impersonalibus non fiunt gerundia, quoniā pudendi, do, dum, pœnitendi, pœnitendo, pœnitendum, & eiusmodi, sunt à verbis, quę olim erant personalia. Et horum nunc vsus frequens est sine casu post se poni, ut magis esset pudendum, si in sententia permaneres; Magna fuit uis pœnitendi. Ad pænitendum properat, qui cito iudicat. Non pudendo, sed non faciendo, quod non decet, impudentiæ nomen effugimus. At addito casu, Habeo caussam, vt me pœniteat meæ superbiæ, vel est mihi caussa, ut afficiar pœnitentia superbiæ meæ, dicere poterimus, ex Grammaticorum institutis: verum ipse Sallustium, Liuium, & Ciceronem imitari non vererer.

Soleo, Volo, Fio, & Sū, cū cōpositis carēt gerūdiis.

De Gervndivis, qvæ Prisci.
Lib.18. vocat Nomina Verbalia.

NOMINA (quæ nunc à multis Gerundiua dicuntur) tàm singularem, quàm pluralem nu-

piger; potēs; Bonus; aptus; par; idoneus; paratus resistere: & ad resistendum.
Col. tamen ait, Cespes in eximendo ne soluatur, & Ter. in cognoscendo tu te ipse aderis.
Sæpe cū a, ab, & cū, non dat eiusmodi resolutio. Ci.3.Ep.fa. Cū ciuitates soluendo nō essēt. Liu. Mos fuit, vt qui soluendo nō essent ad sen. Sal. tamē in Iug. ait, Nū eorum pœnitendum sit. & Liu.1. per gerūdiuum dixit, Sub magistro nō pœnitēdo, & Cic.9. Ep.fam. Cōsilii nr̄i ne si eos. q.q.i.s.n.s.n.p. nobis pœnitēdū putarem. & ad Att.7. Ego illi, ꝙ de sua sētentia decesserit pœnitēdū puto. Augustinus tamē vsus est volendo. & Tyb. Don. volendi.
Participia præsētis, significationis passiuæ, esse hæ nonnulli contendunt.
Vale. Max.
Causā oī æuo fruē-

merum habent, & omnes casus: Varianturq; per tres diuersas voces, & fiunt à verbis Actiuis, Neutris, Transitiuis, & Communibus, quin etiam à Deponentibus, quæ olim erant communia, apud auctores in vsu sunt. Coaptantur autem cum substantiuo in genere, numero, & casu, ut legenda est lectio, caussa legendæ lectionis, vaco agro colendo, eo ad legendam lectionem, in legenda lectione, & sic in plurali; adeò, vt his vti nominibus nō possimus, nisi apponatur substantiuum; quod gerundij casus esset; si gerundio vteremur, vt legendum est lectionem, caussa legendi lectionem, & cetera. Sed per hæc nomina; & vsitatior, & venustior est dicendi modus, vbi latinitatis ratio patitur. Nec solum cum casu patienti conueniunt, verum etiam (si proprius deerit casus patiens) cum eo, qui vltra patiētem apponi solet in Verbis Actiuis Transitiuis, vt Magnus est quæstus docendæ artis Oratoriæ; Illud est diligentius docendum, Magna est ratio, breuiterque docēda, & similia. Quin etiam casu nominatiuo cum datiuo poni possunt; vt Ducenda est tibi hodie vxor. Genitiuus præterea singularis in di, sæpe ponitur cū genitiuo plurali, vt Hanc aggressus sum prouinciam erudiendi puerorum gratia, seu mei magis admonēdi, quàm aliorum docēdi caussa, at etiam genere diuerso interdum, ut date copiam spectandi nouarum. Accusatiuus etiam in his, tam singularis, quam pluralis cum eisdem ponitur præpositionibus, quibus gerundium casu accusatiuo, nisi ponatur cum verbis Loco, Conduco, Mando, Curo, Habeo, & similibus, vel infinito verbi substantiui, ut Ducendam tibi esse vxorem audiui. Ablatiuus similiter horū nominum non est in vsu cum verbis significātibus motum de loco, & cum præpositionibus ponitur, & sine. Dicimusq; recte, sum deterritus à discendis legibus, licet à discendo leges sum deterritus

dicere

dam. In adipiscenda morte. Suet. Potiun di orbis amore. Sub cūdus, prætereūdus. Sed eā, quæ sit ignoscenda, Ter. Cic. vlt. fam. Prora, & puppis fuit a me tui dimittēdi, vbi cū gerūdiuo ē casus verbi vlterior. Per gerūdiuū.n. casu gtō non recte loquimur, teste Valla, quoties relatiuū subnectitur, vt Hic dies attulit initium dicēdi, quæ vel lē, non dicendorum. Et efferor studio patres vestros, quos colui, & dilexi videndi, nō videndorum patrum vestrorum, quos colui, &c. Gerūdiua a participiis hic discernas, ꝙ hec ꝑ aduerbia, & cōiūctiones resoluunt, vt tēpus consumo in legēdis libris. i. dū lego libros, & sic rei significāt administratio: illa verò per relatiuū, & futurū tantū tēpus significāt. vnd illud: In legendis libris, si esset participiū resolueremus, in

dicere non liceat.

HORVM autem resolutio per verbum, tàm actiue, quam passiue fieri potest, vt sententiæ magis conueniet, & recto sermoni. Seruaturq; eadem in his resoluendis regula, quam supra in Gerundiis per singulos casus apposuimus, licet passiue accipiantur.

De Participiis.

PARTICIPIA fiunt à verbis Actiuis, Passiuis, Neutris, Communibus, & Deponentibus. Et regunt post se casum suorum verborum, copulanturq; nomini substãtiuo, & pronomini, vt nomen Adiectiuum, & in se relatiuum continent, quod semper in nominatiuum cadit, vt Discipuli legentes regulas discunt, id est qui legunt. Sin substantiuum, vel pronomen non aderit, tunc per pronomen, relatiuum, & verbum seruato eodem tempore exponentur, vt legentes discunt, id est illi, qui legunt. At cum relatiuum non cadit in nominatiuum; tum participio vti non possumus, sed per verbum, & relatiuum, ac pronomen (si deerit antecedens) resoluimus, vt canis, quem fallit lepus, non est bonus.

A VERBO Actiuo duo descendunt participia: Vnum præsentis, & præteriti imperfecti temporis in, ans, vel in ens. Quod formatur à prima persona præteriti imperfecti indicatiui mutata vltima syllaba, in, ns, vt Amabam, amans, quod est, qui amat, vel amabat. Aliud futuri in, rus, quod fit à supino mutata, m, in rus, vt amatum amaturus, quod est qui amabit. Et sic omnia participia præsentis, & futuri in rus, ex regula formantur. Ideoq; carentia supinis non habẽt participium in rus. qualia sunt Compesco, Disco, Posco, Tremo, Metuo, Timeo, Renuo, Respuo, Ango, Linquo. Refello, & eiusmodi quæ carent supinis. Sunt etiam nonnulla, quæ licet habeant supinum, participium tamẽ in

libris q legẽtur Cic. p Syll. 172. mihi ne ad ea quidẽ, q gessi, recordãda; & cogitãda quidquã reliquit tẽporis ĩ Ver. uideor nõ oĩno a defẽdẽdis hominib. discedere. Nullus est hic motus de loco.
Inuentum est ornatus, & breuitatis caussa.

Idem seruato vbi participium non inueniatur.

Participiũ futuri habet etiã alia uulgaria, ut da Amare, per douere amare, per amare, & ad amare. & iungitur etiam futuro, Ero.
Relinquo tamen, & adiuuo habẽt supina & participiũ in, rus.
Disciturus utitur Apul. xi. & Sal. Argui

in rus, in vsu non habent; vt Cano, Iuno, Nosco, Alo, Arguo, & Imbuo. Pario autem, licet habeat in vsu Partum, habet tamen pariturus, & domaturus, vetaturus, ac secaturus fiunt à domo, veto, seco: licet habeant supinum in vsu sectum, vetitum, & domitum.

turus, & dictum est etiā nosciturus, sed non sunt imitanda.

A Verbis Passiuis descendunt duo participia, vnum præteriti perfecti, & plusquam perfecti quod formatur ab vltimo supino addita, s, vt amatu, amatus, quod est, qui amatus fuit, vel fuerat. Aliud futuri in dus, formatur à genitiuo præsentis participii mutata tis; in dus, vt Amans, amantis, amandus. Legens, legentis, legendus: quod est qui legetur, & qui amabitur. Præter ea, quorum actiuum caret supinis. Hæc enim participium tantum futuri habebunt, vt poscor, poscendus: discor, discendus.

Participiū futuri in dus, habet etiam uulgaria, da essere amato, & per douere esse re amato. & hoc etiā sæpe iūgitur cum futuro, erit.

A Verbis etiam Neutris duo veniunt participia, vnum præsentis, & præteriti imperfecti, vt seruiens: aliud futuri in rus, vt seruiturus, & vt Actiua formantur præter Eo, & eius cōposita, quæ mutant vltimam syllabam primæ personæ præteriti imperfecti in ens, vt ibam, iens, euntis, quibam, quiens, queuntis, & præter præsum quod facit præsens, & absum, absēs à prima persona mutata, vm, in ens, Habent autem participia à neutris significationem suorum verborum, vt Arans, qui arat, vel arabat: Vapulans, qui vapulat, vel vapulabat: Araturus, qui arabit: vapulaturus, qui vapulabit. Sed carentia supinis, non habent participium futuri in rus, qualia sunt Meditatiua, & Desideratiua, vt Horresco, & Facturio, licet Esurio habeat Esuriturus. Item volo cum compositis, & Egeo: Studeo: Horreo: Macreo: & similia carentia supinis. Sunt etiam non nulla, quæ licet habeant supinum, in vsu tamen non habent participium in rus, vt, Cerno, Cresco, Frico, Suesco, Pando, pro Dila-

Iens in nominatiuo nō dici scripsit Phocas, quo tamē vtitur Cic. 4. ad Atticum. Transeo: transiens: transeuntis. Prætereo præteriens: prætereuntis. Ambiens tamen ambientis.

Alia.n.a sum non habēt participiū præsētis. Et licet sū careat supino, sumit sibi tamen Futurus, a fuo, & sic eius cōposita, ut defuturus, obfuturus, &c. pter possū. Sic etiam multa alia de quibus infra de supinis suo loco.

Dilato, & Soleo, ac Væneo, quæ duo participium etiam præſentis in vſu non habent. Cubo autem cubaturus habet; & ſono ſonaturus, etſi ſupinum habeant ſonitum, cubitum. Hanc etiam formam ſeruãt alia verba neutra primæ coniugationis, quę habent præteritum perfectum in ui, diuiſas ſyllabas. de quibus in ſupinis.

VERBA Neutra Tranſitiua, quæ formant paſſiuum in tertiis perſonis, habent etiam participia præteriti perfecti, & futuri in paſſiua ſignificatione, vt Aratus, & arandus, & conſtruuntur cum caſibus poſt ſe, vt participia paſſiua.

SVNT etiam quædam verba Neutra, quæ habẽt participium præteriti perfecti in ſignificatione actiua, vt Titubo, Soleo, Pateo, Placeo, Odi, Fido, & Sueſco cum compoſitis. Item quædam in ſignificatione paſsiua, ut gauiſus, nupta, & factus. Et non nulla in vtraque ſignificatione, vt iuratus, pranſus, potus, cenatus, & auſus.

A COMMVNIBVS fiunt quattuor participia. Duo in ſignificatione actiua, unum præſentis, & præteriti imperfecti in ans, uel in ens: Aliud futuri in rus, quæ actiue conſtruuntur. In paſsiua item duo, unum præteriti perfecti, & pluſquamperfecti; Aliud futuri in dus, quæ conſtruuntur paſsiue. Participium tamen præteriti perfecti vtranque habet ſignificationem, & pro ſignificatione, conſtructionem retinet, vt ego patrem tuum hortatũ me ad litteras colui, ut deum, Tu vero hortatus à me ad bona ſtudia, odiſti me æque ac inimicum.

A DEPONENTIBVS tria nunc ex vſu participia habentur, Sequens, ſecutus, & ſecuturus; Suorumq; verborum ſignificationẽ, & caſus poſt ſe retinent. Apud ueteres tamen multa (quæ olim erant communia) inueniuntur participia præteriti perfecti in ſignificatione paſsiua, ut Mentita tela, meditata omnia. Et ſic multa futuri in dus, vt

Luc. Paſſurus; pro dilataturus ſæpe po- ſuit, & Cic. Refricat [illegible] ra uulnus, & ſic e[illegible] fricatus; & frictus in uenies.

Decreturus tamen [illegible] decerno utitur Cic. [illegible] de P. coſſ.

obſeruant ẽt do[illegible] carẽdus, & obliu[illegible] dus apud Hor. E[illegible]

Leguntur quo[illegible] euaſus: diſceſſu[illegible] caſus: obitus: [illegible] tus: ſenectus: [illegible] tus: excretus re[illegible]

Exoletus i act[illegible] gnificatiõe a [illegible] Don. in Hecyra [illegible] eſt fiendus.

Studioſi uene[illegible] ab omnibus [illegible] prauos.

Sic tuẽdus, in[illegible] dus, cõſolandus, [illegible] tandus, fatendus, [illegible] quendus, mod[illegible] dus, ſequendus, [illegible] comitatus, in[illegible]

pauper multa diuitibus non patienda fert, & multa rogant vtenda dari.

MEDEOR Vescor, Liquor. & Reminiscor, quia carent supinis, habent tantum participiú præsentis. Orior supinum habet ortum vnde ortus, at futurum oriturus: fruor, fruitus, & fructus, & fruiturus tantum: morior, mortuus, at futurum moriturus. Irascor iratus, & irasciturus.

SVNT etiam quædam verba Deponentia, quæ licet habeant participium præteriti perfecti, nó habent tamen in vsu participium futuri in rus vt faris, obliuiscor, fateor, nascor, tueor, & reor, quod etiam participio præsentis caret.

AB Impersonalibus non fiunt participia; nam pœnitens, pertæsus, puditurus, & similia sunt à verbis personalibus, quæ olim erát in vsu: Phocas.

SI Propositum fuerit thema in sensu participij, quod non inueniatur, vel resoluendo, relatiuú in nominatiuo esse non possit; tunc per relatiuum, & verbum exponimus, vt. La letione insegnata à te dal Maestro, è dificile. Lectio, quam doctus fuisti tu à Magistro, est difficilis. Et Pietro vbbidito da te, ha temuto il battuto da me. Petrus, cui obediuisti tu, timuit illum qui vapulauit à me. Expressa si non fuerit persona agens; tum apponitur etiá hoc nomen aliquis, vt L'vbbidito non ha temuto il battuto. Ille cui obediuit aliquis, nó timuit illum, qui vapulauit.

SI in dictatis non aderit vnde participium regatur; nec defuerit in eo sensu participium, eritq; vná substantiuum, vel pronomen; tunc Latine dicemus per sextum casum sine præpositione, cócordando ipsum participiú cúeo substantiuo, seu pronomine; genere; numero; & casu; vt Leggente il Maestro, li scolari imparano, Legéte magistro, disci puli discút. Lette da te le letioni, io tornerò à casa, Lectis à te lectionibus, ego redibo domú. Et eiusmodi

Aug. ait mortuus. in uim regulamq. nominis esse côuersum: & Sen. quos iraturos iracúdia scient. Oui. tamen dixit, Et non fassura, nisi cogerer, v. ar, & Hiero. usus est nasciturós. Pris. Exa. 6. posuit faturus à faris, sed non est in usu.

Optimus est portus pœnitéti mutatio có silij. Cic. in Ant.

Habere enim nó possunt circumscriptionem per rectum; ut exigunt participia.

Sic etiam per participiú in dus, ut lectió; quam docêdus es tu a magistro, est facilis. uestis; qua exuédus es tu a me, est longa. Idem seruato in Deponentibus.

Seu malis appellare septimú: uel casum, consequentiæ. Augusto regnáte, natus est Christus. Magistro docente, discam.

modi participia nõ exponuntur per relatiuum, sed per aduerbia dũ;donec;cum;quando;vbi;postquã; vel per coniunctiones;si;quia; quoniam;& quamquam;seu,licet; vbi quod sequitur conuenienti ad uersum significat;vt lex,resistẽte Appio Claudio, tamen lata est;id est quamuis resisteret. Et sic;vbi participium nõ inuenitur;per verbum exponimus; & horum vnum, vt sensui magis conueniet; Sæpe etiam tempore non seruato ; vt Venuti li scolari, io leggero. Vbi venerint discipuli legam. Participio quoque futuri in rus, sic absolutè quandoque vtimur, vt Venturo Cæsare prædam liquere milites ; id est cum esset Venturus Cæsar, seu venire pararet. Quin etiam nomina substantiua sic interdũ ponuntur;vt Me duce carpe viam. Se iudice nemo nocens absoluitur. Participium præteriti perfecti etiam sine substantiuo ponitur non numquam absolute; sed genere neutro; vt audito pariter populorum in regna duorum, aduenisse duces. Cognito, quòd sibi insidiæ pararentur, salutem fuga quæsiuit.

Te docente didici; Oriẽte sole fit dies; id est quoniam. Proximus ad dominam nullo prohibente sedeto id est si nullus prohibuerit. Iuue. Hospite vẽturo cessabit nemo tuorũ. Paullo III. Pontificẽ hæc scripsimus. Quintil. Excepto pedes mihi tri syllabos hõ uidetur habere. Et Sal. Audito Marcionẽ regem tendere in Siciliã, &c. Rara tamẽ hæc sunt.

* PARTICIPIA sine verbo etiam vere dicentur quæ participiali forma cum casibus more participiorũ poni possunt, quorum uerbũ, vt ait Seru. 6. Ae. nulla vocẽ inuenitur ; vt potionatus à Cæsonia apud Suet. in Calig.

Excepto quòd nõ simul esses; cetera lætus. Hor.

PARTICIPIVM transisse in nomen cognoscimus, uel temporis Amissione;ut eloquens; uel Mutatione significati;ut uenerãdus.i. dignus uenerari, uel constructione, ut appetens alieni, sui profusus; uel compositione, ut innocens, & indoctus. Innoceo enim, & Indoceor non sunt in usu.

Doctus pilæ; doctus sermonis vtriusq. linguæ; militiæ patiens. Habent uulgaria gerundii in do.

* DICIMVS etiam legens disco;id est dum lego disco ; discedens chlamydem dedit ; id est cum discederet. Si te ueniens in medio foro uidero;id est postquã uenero, cum è Sicilia discedens Romã ueuissem ; id est postquã discesseram. In Galliam pro-

Adueniens offendi.

proficiſcens locutus ſum tecum, id eſt parans proficiſci, vel in ipſo itinere. In quibus vbi reſoluuntur, nec relatiuum apponitur, nec ſemper ſeruatur tempus. quod in aliis etiam caſibus, & participiis fit non nũquam, ut Caput, Seruio, Tullio dormienti arſiſſe dicitur; Te orantem vidi; Verberibus cæſum te Daue in piſtrinum dedam. Capillis apprehenſum in lutum volutabo, Illos honorandos puto, qui lectionem audientes tacent.

Videtur hæc diſpoſitionem quandam ſignificare: unde Valla nomina eſſe credidit. Verg: 2. æn. Et ſeſe mediũ iniecit moriturus in ignem.

DICIMVS item venio petiturus, oraturus, id eſt petitum, oratum: Veniſti lecturus, id eſt vt legeres. Abiiſti numquam me viſurus, id eſt animo numquam me vidẽdi, & ſic Sum propediem reuerſurus. Ducturus erat exercitum. Hæc dixi, plurima dicturus, nec ea quidem prætermiſſurus, quæ ad te pertinent, & ſimilia. In quibus nec relatiuum continetur, Nec tempus ſeruatur ubi reſoluuntur.

VSVRPANTVR etiam participia præteriti temporis pro infinitiuis, ut opus eſt facto, pro facere, Opus maturato, pro maturare, Et non oportuit relictas, Et tãtam illi rem ſeruatam oportuit.

De Comparativis.

COMPARATIVVM Nomen eſt, quod ſignificat quantũ ſuum poſitiuum, uel poſitiui ſenſus particeps cum magis, vt doctior, magis doctus, melius, magis bonum. Et ad unum fieri poteſt, & ad plures, tam ſui generis, quam diuerſi, vt Hector fuit fortior Aenea, & omnibus Græcis.

Poſitiuũ dr̃ a quo cõparatiuũ: & ſuperlatiuum formari poteſt: uel alterum.

Ad plures diuerſi vſi ratius Diom. Priſc. & vſus contra Vallam ſic docent.

FORMANTVR cõparatiua à nominibus Adiectiuis, quorum ſignificatio augeri poteſt, à primo caſu deſinente, in i, addita or, ut clarus, clari, clarior, forti, fortior. Excipiuntur habentia vocalem ante us, quæ ex vſu complentur per magis, & poſitiuum, ut pius, magis, pius, ſtrenuus, magis ſtrenuus, & hæc Anomala, Bonus, Melior. Malus, peior. Magnus, maior. Paruus, minor. Multum, plus. Parũm, minus. Nequam, nequior. Magnificus,

Dicta tamẽ quãdoque Ipſior: Pœnior: Neronior: Pumilior: Exiguior: Innoxior: Aſsiduior: Induſtrior Strenuior: Arduior: Egregior: ꝑpetuior.

eus, magnificentior. Maledicus, maledicentior, & sic cetera composita à Facio, & Dico. Sinister, Sinisterior. Dexter, dexterior à genitiuo dextri, & sinistri. Prior, propior, vlterior, interior, & habitior sunt sine positiuis. Ocyor est à græco factum; ὠκύς enim ab illis dicitur.

VARIANTVR cōparatiua per tres articulos, & duas voces, vt hic, & hæc doctior, & hoc doctius. Præter Senior, Iuuenior, & adolescentior; quæ in vtroque numero vnā tantum vocem in fre frequenti vsu habent, & plus neutro tantum genere numero singulari, & sic minus, vbi est significatione à parum:

COMPARATIVVM construitur post se cum sexto casu sine præpositione, vel casu cū quam qui regitur à verbo quod subintelligitur, vt Virgilius fuit prudentior Homero, vel quam Homerus. Et iudico te doctiorem Petro, vel quam Petrum. Non nunquam etiam cum accusatiuo plurali cum ante, vel inter, aut præter, vt Ante alios immanior omnes, præter ceteros altior. Item cum genitiuo plurali vel ablatiuo cum, e, vel ex, vbi inter duo facta comparatione, casus ille vtrunque complectitur, vt manuum fortior est dextera. Heredes inscripti erant ex duobus filiis maior. Admittit quoque post casum comparationis alterum ablatiuum sine præpositione significantem excessum, vt sum longior te vno digito. Et omnes casus sui positiui, vt Amantiorem me tui habes neminem, & tuis aptiorem negotiis. Propior autem datiuo, vt propius grammatico accessi, licet etiam cum accusatiuo legatur aliquando, vt propius montem accessit. Et cum præpositione: Propius ad Deos accedunt. Si inter duo verba fiet comparatio, transfertur secundum verbum ad subiunctiuum, ut tu magis bibis, quam legas. Sin inter duo adiectiua vel vtrunque per comparatiuū dicimus, vt sit salubrior studia,

Significatione ab his
sunt, nā magnificēs
munificens: & huius-
modi positiua nō sūt
in usu, ut sūt a Volo
& Loquor cōposita.
Non.n. asserior Pris.
q. voluit cōparatiua
fieri et a verbis parti
cipiis: præpositioni-
bus, & aduerbiis. Id
enim ratio nō ꝓbat.
dictū tamē est a Cel.
Seniora corpora: &
Sen. senioris æui: &
Col Iuuenioris exa-
mini. Prisc. docet uo
cē in or, in cōparati-
uis fuisse antiquitus
etiā generis neutri.
In primo.n. subintel
ligitur Sit, in altero
iudicē Cice. fortiorē
me puto, quā te ipsū.
Inferior etiā cū dati
uo, ut Pli. Nulli am
niū claritate Padu
inferior. Et Sallu.
Nulla arte cuiquam
inferior. Ablatiui ē
iusto: opinione: dicto
solito: æquo: fide: sp
ponunt sępe cū cōpa
ratiuis: licet nec cō-
parationis; nec exces
sus proprij sīt casus.
Obseruādus modus

diis,quam dulcior;vel per positiuum vtrunque, vt sum magis fortis,quam doctus,vel alterum per cōparatiuum,vt sum fortior, quam doctus:& quanto angustior, tanto magis pernix, non tamen è contrario. Eo; quo; tanto; quanto; paullo; multo; & longe comparatiuis iunguntur.

RELATIVA, & Negatiua non ponuntur cum quam: immo,si Negatiua dictio fuerit comparatiuo copulata, frequentius sextum casum comparatiuo iungimus,vt Nemo est liberalior te, cum dictione etiam,qua fit exceptio, vtimur eleganter hoc casu, vt Hortensius fuit omnibus Oratoribus suæ ætatis,nisi;vel præterquā Cicerone clarior.

* DICIMVS tamen in composito relatiuo per obliquum; nisi vos cognoscerem fortiores, quam quemquam virum, & ille fateretur hunc a se maiorem ducem cognitum,quàm quemquam. In simplici autem relatiuo sic, Meliora sunt, quàm quæ deterrima. Et leuiora sunt,quæ audiuntur, quam quæ videntur. Scias plures te amicos habere,quam qui in isto casu sunt.

PLVS, & Minus numero singulari, & casu nominatiuo, & accusatiuo substantiue ponuntur cum genitiuo ad omnia, quæ non numerantur, vt habeo plus olei,minus farinæ, plus doctrinæ, minus eloquentiæ. Vbi vero res apponitur numeralis, fit per plures, & pauciores, vt ego legi libros plures te tribus, licet etiam dicere possimus, habeo plus librorū; & minus cātorū; seu amicorū te.

A COMPARATIVIS nominibus fiunt aduerbia comparādi voce neutra,& cum casibus cōparatiui possunt construi. vt curro velocius te; id est magis velociter. Et formantur etiam à non nullis aduerbiis,vt sæpe, sæpius:diu, diutius. A maior tamen non fit aduerbium maius; vt a positiuo magnus, non dicitur magne. Magis autem est dictio per se à nullo genita; nec gignens aliquid.

dicēdi. Iste est iunior quàm cui tantū oneris imponatur; non; Iste est nimis iuuenis ad imponendum sibi tantum onus. Et sic. Res notior, quā quę multis exponi debeāt; Vetus maior est, quā pro statu sonū edāt. Longiorē geris ueste, q̄ pro habitu corporis. Hoc apertius est quàm probandum sit.

Inter antecedens & relatiuū nō datur mediū diuersitatis. Sed in his subintelligitur antecedens, ea uel illa; seu illi.

Ouid. Helena usa est magis in hoc sensu; Nec tibi plus cordis, sed magis oris inest. Pluri in ablatiuo usi uetius.

FIVNT etiam à comparatiuis voce neutra Diminutiua in vſculus, la, lum, vt maius, maiuſculus; melius, meliuſculus. Quæ etiam cum ſexto caſu poſſunt conſtrui, vt ſum maiuſculus te.

ABVSIO fit in comparatiuo tribus modis, formatione, vt Peior, Neronior, Ipſior. Conſtructione, cum caſus comparatiui, ad complures relatus ponitur in genitiuo, vt candidior Atlantidum. Significatione; vbi ſignificat; quantum ſuum poſitiuum; vt Senior; pro ſenex. Triſtior; pro triſtis, quod ſæpe facit comparatiuum ſine comparatione poſitum.

AD bonam comparationem requiritur res comparata, cui comparetur, & comparatiui ſignificatio communicet cum vtroque; ſed cum altero magis, vt Cicero fuit eloquentior Craſſo.

DICIMVS etiam vixit mecum plus anno decē diebus. Habeo viginti annos minus ſex menſibus. Studui decem annos plus tribus mēſibus, plus centies, plus millies legi, plus duobus menſibus abfuit, plus iam anno ſcio. Itē infregit mihi plus quingentos colaphos. Adduxit ſe cum plus decem ancillas. Nix iacuit minus quattuor pedes. Aberāt paullò amplius mille paſſus. nō fuit Romæ plus triduū; ſed in his, & ſimilibus non regitur caſus à comparatiuo, ſed vel à verbo, vel ex natura temporis, aut ſpatij. nam ſubintelligitur, quā, ut in his, ablatiuus numero. Amplius duorum milliū terga uerterūt. Plus quinquaginta hominum ceciderūt; & in hoc ablatiuus ſpatio; Aditus in latitudine nō amplius ducentorū pedū relinquebatur, & ſic in ſimilibus.

DICIMVS etiam ſum maior ſeu minor natu te decem annis, & ſum maior, uel minor decem annis, & decem annorū; ſubintelligitur. n. ætate.

NOTANTVR præterea à multis hæc Adiectiua nomina, q̄ in uſu nec cōparatiuū habere, nec ſuperlatiuū dicūtur, Nauus; circur; memor; ꝓperus; uulgaris;

Varro. contra Laur. qui uoluit magis fieri à maius mutata u, in g, & poſita ante i. Quādoque tamē ſignificat etiā neſcio quid plus, quàm poſitiuum; ut miſerior; id eſt ualde miſer. Ideo nix eſt albior coruo, & mare Ponti cum eſt dulcius, quā cetera. abuſio eſt in comparatione. In altero. n. terminus nō participat de eodem accidente. In altero accidens nulli cōuenit. Vnde Gel. ait, Pigmeos nō longiores eſſe, quam pedes duos.

Donat. in Adelphis. hæc dicta uelim, quo facilius puerorū mētibus imprimantur. Natu ablatiuus eſt defectiuus, & poſitiui caſus.

Obſeruanda tamen hæc ſunt diligētius. Nam Rudior legitur

quandoq; & rudiss. & Macr. vsus est omnipotētiss. Pris. ponit memorior. Cic. utit turbulētiss. Quin ēt reuerendiss. (nunc iam tantū valet adulatio) usu videtur admissū, tu tamē dicas ampliss. Violētior. n. à violēs deduci pōt. eiusdem generis esse cognosces, si res excedēs cōprehēdit sub casu suplatiui: vt tu es oīum doctissim⁹. Veter tamen, & Matur nō sūt in vsu. sed vetus: & maturus, qđ facit maturissimus. Dictū tamē ē celerissimus: Postremissimus: Paruissim⁹: multissimus: magnificus: enim & munificus in usu sunt: non Magnificēs; & Munificens; a qbus hęc sūt forma tione. Sūmus multi dicunt esse positiuū. biom. suplat. ponit. nouissim⁹. n. ē extremus, at nou⁹ ē rudis. Ingētissimus; & habitissimus ꝑ pinguissimo usi sunt Plau. & Gel. q equum etiam

garis, imus, luscus, singularis, duplex, mediocris, rudis, fugitiuus, magnanimus, pusillanimus, vnanimus, degener, popularis, populosus, modicus, volucer, tremulus, omnipotens, seruilis, nubilis, vocalis, principalis. Item desinentia in bundus, vt vagabundus, populabundus, & verbalia in dus, vt colendus, reuerendus. Item in tilis, vt versatilis, præter fertilis, & vtilis. Item composita à fero, vel gero, vt lætifer, corniger. Item diminutiua, ut tenellus, vetulus. Desinentia in entus, vt somnolentus, vinolentus. Apricus autem inclytus, iurisconsultus, falsus, piens, decorus, comis, immeritus, inuitus, & inuictus, licet habeant superlatiuum, in vsu tamen comparatiua non habent, & sic fidus fidissimus, auctore Charisio; licet fidior in vsu non sit.

DE SVPERLATIVIS.

SVPERLATIVVM Nomen est, quod superponitur omnibus, & ad plures sui generis tantum comparatur, significatque quantum suum positiuum cum maxime, vel (si ponitur sine casu) cum valde, vt Cæsar fortissimus Romanorum, id est maxime fortis, fuit vir facundissimus, id est ualde, seu maxime facundus.

FORMANTVR Superlatiua à nominibus Adiectiuis, quorum significatio augeri potest, à primo casu desinente in, i, addita, s, & simus, ut docti, doctissimus, forti, fortissimus: præter desinentia in er, à quibus formantur superlatiua, à nominatiuo addita, rimus, ut Niger, nigerrimus: Veter, ueterrimus. Matur: maturrimus. Dextimus autem: sinistimus: infimus: intimus: extimus: citimus: extremus: supremus: & postremus; sunt irregularia: & sic optimus: pessimus: maximus: minimus: plurimus: nequissimus: magnificentissimus: & munificentissimus. Excipiuntur etiam facilis: agilis: gracilis: docilis: humilis: & similis; cum suis compositis, quæ abiecta, is, in nominatiuo, & addita limus,

mus, formant superlatiuum, ut facilis: facillimus. Primus: ultimus. Proximus: & summus sunt sine positiuo. Ocyssimus habet positiuum Græcum. Nouissimus non seruat significationem sui positiui. Senex: iuuenis: iunis: adolescens: remissus: salutaris: infinitus: naturalis: opimus: diues: longinquus: solicitus: ingens: & proximus: pro cognato: quamuis habeant comparatiua; Superlatiuis tamen carent, & sic habitior, temperior, & anterior. Positiui etiam habentes, e, ante, us, ut idoneus, superlatiuo deficiunt, & sic ij, omnes; de quibus supra in comparatiuis. Cum quibus omnibus superlatiuum complebimus cum maxime, & positiuo.

SVPERLATIVVM regit post se genitiuum numeri pluralis, uel singularis nominis collectiui, ut Cicero fuit Romanorum eloquentissimus, & Achilles gentis Danaum fortissimus. Ponitur tamen quandoque cum ablatiuo cum e, uel ex, ut ex omnibus ego audacissimus. Et cum accusatiuo cum inter; ut Inter paucos felicissimus. Recipit etiam omnes casus sui positiui, ut sum tibi omnium simillimus. Proximus cum datiuo frequenter ponitur, ut proxima Nilo prouincia. Legitur tamen etiam cum accusatiuo, ut proximus Pompeium sedebam, & cũ ad, Proxime ad Deos accessisti. Ponimus superlatiuum cum lõge, multo, tanto, & similibus aduerbiis in o, & cũ quàm, pro ualde. Sed cum hoc sine casu post se. Hæc pronomina, Meus, Tuus, Suus, Noster, & Vester casui superlatiui coniuncta, si non comprehendunt rem excedentem, frequentius, & rectius cum comparatiuo ponuntur, ut Cicero fuit multo facundior suis sociis: & sic Alius, Reliquus, & ceteri, ut tu es longe doctior aliis, seu reliquis; vel ceteris; non doctissimus aliorum, si Vallam audimus.

male habitum dixit. Communis ẽt habet cõmunior, sed rarò, vel nunq̃ cõmunissimus, & sic ꝓpinqu⁹. Pussimus licet ĩ Anto. reprehendat Cic. non uitauit tamen Curtius; nec Ausonius; nec Liuius. 6. Collectiuum est qđ in singulari multitudinem significat, ut Cõcio; Turba; plebs; uulgus; populus, Itẽ cũ ablto cũ in ponit; ut ĩ oratorib⁹ tales grauissim. & in se ptẽ Sapie. Ex Laur. Val. hæc dnr. Nã tu es doctiss. meorũ sociorũ rectẽ dr: sed nõ tuorũ. Es. n. unus ex meis; sed nõ unus ex tuis. Pli. tamẽ. 34. x. Ostracitis tota nigra; & ceterarũ fortissima; & Gel. i. locum rerũ aliarũ difficillimũ; & Statius. Ach. pulcherrima tunc bę Deidamia suę, &c. Aduerbia à suplatiuis fiũt a dtõ, o, in e, ut doctissimo doctissime: sũmo, summe, plurimus tamen hẽt

NEOA-

plurimū. Minimus; & minimū, & minime, meritissimus, meritissimò. At primū; & primò: postremū, & postremò. Extremū, & mò: vltimū, & mò dicimus. Cato tamē sæpissimā discordiā dixit, vt Cic. lib. x. ad Att. vsus est multissimis, si codex non est deprauatus.

Vtuntur Latini in prosa pro his possessiuis nominib⁹; vt Scipio Aemilianus: Cæsar Octauianus, vt Saturnia iuno, Priameia virgo apud poetas.

NEGATIVA dictio non ponitur cum superlatiuo, sed vtimur comparatiuo, dicentes, omniū societatum nulla est gratior, nulla carior; non gratissima, & carissima, & sic distributiue, auct. Lanc.

PLVRIMVM, & Minimum ponuntur cum substantiuis; vti Plus; & minus, vt habeo plurimū frumenti omnium.

ABVSIO fit in superlatiuo; vbi à substantiuis, & pronominibus formantur; vt ipsissimus, plautissimus.

AB ADVERBIIS fiunt Superlatiua aduerbia, vt sæpe; sæpissime; diu; diutissime. Superlatiuum cum substantiuo præcedente concordat, vel sequente in genere, vt lilium est albissimum florū; & leæna est acerrimum animalium.

De Patronymicis.

PATRONYMICVM nomen proprie fit à patrū nominibus, & patris filium significat: fit tamen frequenter etiam ab auo, & significat nepotem: ut Aeacides; id est filius, vel nepos Aeaci. Nec ab omnibus nominibus proprijs est in vsu: & in carminibus solum admittitur.

Ideo in Latinis non pōt dari exacta formatio.

FORMATIO autem Patronymici proprie est iuxta Græcorum declinationē; apud quos tres sunt masculinorum terminationes: sed nos vna tā tum contenti sumus; & ea quidem in des, vt Priamides. Quam (si latine licet) formabimus in nominibus primæ declinationis à genitiuo, mutata æ, diphthōgo, in a, & addita des, vt Aeneas, æneæ, æneades: Anchises tamen habet Anchisiades, & Laertes, Laertiades. In nominibus secundæ declinationis desinentibus in, i, solum; fiet à genitiuo addita, des, ut Priamus, Priami, Priamides. sin genitiuus terminabitur in duo ij, mutato vltimo, i, in a, & addita des, formabitur, vt Menætius, Menętij, Menætiades, & sic Scipiades. At genitiuo desinente in

Græcę enim αἰνέας, αἰνέου, facit αἰνειάδης, & dorice αἰνεάδης dissoluta diphthongo. & inde nos æneades antepenult. breui. Qm̄ græce auct. P. Ἀγχίσιος, σίου. λαέρτιος, τίου, σκίπιος, πίου. vel sunt per ionicā extē tionem.

te in ei, à nominatiuo in eus syllabam, formabitur cōtracta ei, in, i, longam, & addita des, ut Theseus, Thesei, Thesides Aeneus, Aenei, Aenedes, Achilleus, Achillei, Achillides, & sine cōtractione Achilleides. In Nominibus tertiæ declinationis fiet à datiuo addita des, ut Hector, Hectoris, Hectori, Hectorides. Atlas tamen habet etiam Atlantiades, & Phaeton, Phaetontiades; ut Amphitryon, Amphitryoniades. Laomedon, Laomedontiades. Calcodon, Calcodontiades. Athamas, Athamantiades. Habent autem omnia Patronymica masculina penultimā breuem, præter Demádes, Aeolídes, Codrídes, Licoorgídes, Lagídes, Enerídes, Licomedídes, & Belídes, penultimā producentia; & sic quæ per synæresim, fiūt à nominibus terminatis in eus, syllabam, ut Thesides, Pelides. Sunt tamen primæ declinationis omnia, ut Priamides, Priamidæ, dæ, den, de, de. Pluraliter hi, dæ, darum, uel dum, dis, das, dæ, dis. Est etiam nominatiuus in, a, Atrida, pro Atrides; unde est accusatiuus in am, uocatiuus, & ablatiuus in a, auct. Seruio, tertio Aen.

Claud. ab Honorio, dixit Henoriades. πηλεΐδης enim Grece dicitur, p syneresim, πηλείδης, & sic αἰνείδης θησείδης, ἀχιλλείδης. Nā dicitur ét Atlantides, Phaetontides, Amphitrionides, &c. Pro Demeades, & Aeoliades, cetera apud Græcos habēt diphthongū, pro qua nos i, longam ponimus: πάνθοος, πανθοΐδης. & per synæresim πανθοίδης penultima lōga. Voce etiā in ως, quandoq. vtimur; vt poeta. x. æn. Icetaoniusq. Timœtes. lege ibi Seruiū.

θησεὺς
θησῆος, θησηΐδης
θησῆς ionice
θήσεος θησεΐδης
θησεὺς communiter.

Et ideo Nereis, Theseis, Æneis, & similia ponūtur penultima modo breui, & modo longa.

FEMININA significant filiam, uel neptem, & habent tres terminationes, as, is, & ne longā. In, as, & in, is, formantur à Patronymicis masculinis remota; de, ut Priamides, Priamis. Anchisiades Anchisias. Thesides, Theseis. Nerides, Nereis. Hæc enim in femininis sine synæresi proferuntur modo penultimā longa à genitiuo Ionico, modo breui à communi. Et hæc omnia sunt tertiæ declinationis, vt Priamis, Priamidis, uel dos, di, dem, vel, da: vocatiuus est similis nominatiuo, vel fit abiecto, s, Ablatiuus, de. Pluraliter des, dum, dibus, des, vel das, dibus.

QVÆ vero desinunt in ne longam, à genitiuo primitiuorū more Aeolico etiam nos (si fas est) formabimus addita, ne, vt Adrastus Adrasti, Adarastine. Verum si genitiuus habuerit, ei, con-

trahetur,ei,in,i longum, vt Nereus, Nerei, Nerine. Si vero duo,ij,vltimo, i, mutato in o, fiet Patronymicum,Acrisius, Acrisij, Acrisione, & declinantur,Nerine,nes,ne,nen,ne,ne, &c.

FORMANTVR etiam Patronymica abusiue à nominibus matrum,vt Iliades, id est Romulus Iliæ filius: Maiades,Mercurius filius Maiæ:Phyllirides, Chiron Phylliræ filius: Latoides, Apollo Latonæ filius. At huius Patronymicum femininũ Latois penultima longa. Item à Maritis, vt Meneleais; id est Helena vxor Menelai,a Filiis,vt Meleagris,Altea mater Meleagri.A fratribus,vt Phaetõtias;id est soror Phaetontis.Phoronis soror Phoronei. Ab auis maternis,vt Atlãtiades,Mercurius Atlantis nepos ex Maia filia. A regibus seu conditoribus,vt Romulides; id est Romanus: Cecropides; id est Atheniensis. A progenitoribus,vt Belides,Palamedes,à Belo originem trahens. Sũt etiã multa feminina huius formæ Gentilia,ab vrbibus, gentibus,& regionibus formata,vt Hemonis,Thessalis,Thebais,Colchis,Argolis,Sicelis,Ciclas,Ias, Troas,Ilias,Cydonias. Sic etiam à fontibus, fluuiis, & montibus, vt Pyrenis,Castalis, Lybetris, Heliconias,Parnasis,Phasis,Tyberinis,&c.

Nã masculinũ est, p omicron, vt λητοΐδης. Femininũ vero p ω. vt λητῶις, λητωΐδος, λητῶος,τῶα,λητῶον, Latous,toa,toum.

Pro progenitoribus vtuntur Romani cognominibus, vt Marcelli, Fabij, Scipiones, Cicerones, &c.

Gnosias,Italis, Aonis. Thespias.

θήβη,ης,Thebe,& ĩde θηβαῖος,Theban9,ũde θηβαΐς, ΐδος. Thebais, dis.

INTER Verborum Deriuatiuorum species sunt Inchoatiua,Meditatiua,Frequentatiua,Desideratiua,& Diminutiua.

DE INCHOATIVIS, ex Laur. Valla.

INCHOATIVA desinunt in so. Et in suorũ primitiuorum actu, motum demonstrant, vt cupio visere Ægiptum, id est ad videndum. Formantur autem à secũda persona addita, so, à uerbis primæ coniugationis,vt Leuo,as,Leuasso. At tertiæ mutant,i,in,e,vt Facio,Facis,Facesso.Peto,Petis,Petesso.

Vocauit Prisc. desideratiua, & sic plerique alii.

Facesso significat ét recedo.

Capesso habet etiam

tesso., Capio, Capis, Capesso. Lacio, Lacis, Lacesso. Sed Accio, Acerso, & Video, Visum, Viso, vnde Reuiso. Sunt autem generis neutri, Tertiæ coniugationis, & suorum primitiuorum constructionem seruant: Nec fiunt ab omnibus verbis: Et sæpe pro suis primitiuis ponuntur, & sic Actiua non nulla passiuũ formant, vt Accessor, Lacessor, & Facessor.

alia significata.
Lacesso à lacero irregulariter formatum volunt multi.
Et Marcel. & Prisc. à lacio.
Viso in tertiis personis habere passiuum inuenitur.
Obseruanda sunt ex auctoribus.

De Meditativis, sev Exercitatiuis, ex Laur. Valla.

Meditativa formantur à secunda persona præsentis indicatiui addita, co. vt Ferueo, Ferues, Ferue sco. Hio tamen habet in vsu Hisco: Habentq; eandem significationem, quam verba à Fio composita, nisi quod illa habent passionem illatã: hæc vero innatam, vt maria tumescunt, id est Tumida fiunt. Quin etiam cum augmento quandoque sumuntur, vt cœpit crudescere morbus; id est acerbior fieri. Et his duobus modis, vel absolute cum nominatiuo tantum patiente ponuntur, vel etiam cum ablatiuo sine præpositione: vt, Vinum vetustate dulcescit. Nõ numquam accipiuntur pro primitiuis, & seruant primitiuorum constructioné vt Thalamos tremisco, & maiora concupisco. Descendunt etiam non nulla à nominibus appellatiuis, formariq; possunt à nominatiuo plurali addita co, si tertiæ fuerint declinationis, vt sterilesco: verum si primæ, vel secundæ mutata vltima vocali in esco, vt syluæ, syluesco, dumi dumesco. Dicimus tamen pueras co, puellasco, purpurasco, & Aduesperascit, quod est defectiuum, vt Diescit, Lucescit, & Noctescit. Sunt tamen omnia generis neutri, & tertiæ coniugationis. Nec fiunt ab omnibus verbis, & nominibus: Supinisq. carent, & præteritis, Præter ea, quæ suorum primitiuorum præterita retinent, significatione tamen diuersa: nam calui

Inchoatiua dicta sũt olim Dehisco, Flammesco, Fatisco, Crebresco, bui, Tepesco, Vilesco, Ægresco, Mitesco, Ardesco, Maturesco, Coalesco, Macesco, Tabesco, Horresco.
Raresco, Adheresco, Congelasco, Grãdesco, Senesco, Labesco, Indolesco, Delitesco, Lapidesco, Ignesco, Cõticesco. Obdormisco, Expauesco.
Calesco habuisse olĩ præteritũ calesci testatẽ ex Varrone, Marcell⁹. Aures nobis calescerũt ad iniurias. Plin. vsus est Aduesperauisset.

lui à Calesco, est calidus factus sum, at, à Caleo, est calidus fui. auct. Val.

De Freqventativis.

Frequentativa (quæ verbi sui Actū frequenter seu sæpe agi significant, vt merso, frequenter, seu sæpe Mergo: licet etiam pro suis primitiuis sæpissime ponantur) si veniūt à verbis primæ coniugationis habentibus supinum in atum, formantur à supino mutata a, in, i, & um, in, o, aut in or, a verbis Communibus, & Deponentibus, ut Volatum, volito: minatum, minitor, præter monosyllaba, quæ seruant a: vt No, natum, Nato, natas. Ab his vero, quæ habent præteritum in gi, formantur à secunda persona præsentis indicatiui, s, verso in to: vt fugio, fugis, fugito: ago, agis, agito. Ab aliis autem à supino, mutata um, in o: vt Cursum, curso: domitum, domito: amplexum amplexor. Lego tamen habet in vsu Lectito: Quæro, quærito: Fluo, fluito: Nosco, noscito: Pascito: Paueo (quod nunc supinis caret) pauito, Sequor, Sector, & sic Insequor, Insector, per syncopem. Item Edo, Esito, Vngo, Vnctito, Scribo, Scriptito: & huiusmodi, quibus nunc vtimur formatis ab aliis frequentatiuis, quæ nunc in vsu non sunt, interposita syllaba, it, vt est Curso. cursito: Gesto, gestito: Rapto, raptito: Capto, captito: Vecto, vectito, & similia. Sunt autem frequentatiua primæ coniugationis, & suorum primitiuorum constructionem seruant, & genus, præter Scitor, & Sciscitor, quæ deponentia sunt, licet Scio: & Scisco actiua sint: & Lapso, quod à labor laberis esse dicunt. Non deducenda tamen sunt frequentatiua ab omnibus verbis, sed ex probatis auctoribus obseruanda:

Dicuntur etiā Iteratiua, Imperito, cenito, rogito.

Adduntur tamen his sępe ad maioré significātiam. crebro, frequenter, sæpius, &c.

Agito est etiam commouere, & concutere, & dicitur etiam Actito, quod proprie est de caussis.

Adiuto, Occurso, Dolito.

Loquitor etiam à loquor, vēdito, quasso, dormito, increpito. Sic viuo, victito, pendo, pensito, dico, dictito, venio, vētito, emo, emptito, maneo, mansito, &c.

Vel si placet à supino frequētatiui a, in i, & vm, in o, vt Dictatum, dictito.

Vexo etiā à veho, vt Dulichias vexasse rates. Verg. In multo lapsātem sanguine nati.

De

De Desideratiuis, ex Laur. Valla.

Desideratiua desinunt in vrio & primitiui sui actum cupere significant, vt cenaturio, cupio cenare, licet etiam pro suis primitiuis sæpe legantur, formantur autem à supino abiecta,m, & addita,rio,vt Esum, esurio. Emptum, empturio. Lectum,lecturio. Mictum,'micturio. Dictum, dicturio. Sunt neutra;& quartæ coniugationis, seruantque constructionem suorum primitiuorum, & carent supinis,præter Esurio, & Parturio.

De Diminutiuis.

Diminutiua vocantur quædam desinentia in lo,quę verbi actum sæpe,sed paullatim fieri demonstrant, vt sorbillo, paullatim sorbeo, & sic scintillo, à scintilla. Sunt autem primæ coniugationis,& primitiuorum seruant genus, & constructionem, vel absolute ponuntur, & persæpe pro suis primitiuis.

De Relatiuis Nominibus.

Relatiuum est rei præcedentis repræsentatiuum,& est duplex, Substantiæ, & Accidentis. Relatiuum substantiæ est, quod refert antecedens substantiuum, vt Qui, quæ, quod. Et hæc (vbi ponuntur inter duo substantiua sibi respondentia) possunt cum vtroq. concordare, vt Locus est in carcere, quod Tullianum appellatur: & eo loci Senatus stationem peragebat,qui hodie Senaculum dicitur. Relatiuum accidentis est,quod refert antecedens adiectiuum, vt Qualis, quantus, quot, quotus, cuias, & cuius. Quæ cum sequenti con-

Meditatiua vocata sunt à non nullis. Ouid.de pon.passiue dixit, Nil ibi, quod nobis esuriatur, ait; id est edi cupiatur. Scaturio, scalpurio, ligurio,& prurio,nō sūt desideratiua. Cenaturio pro laboro, vt cenem,& sic cacaturio apud Mart. accipiunt multi. Ter. Cyathos sorbillās hūc ꝑducam diē. Garrulo etiam à garrio volunt esse dimi-nutiuum.

Sūt item alia,quę apparitiua dicuntur vt albico, vellico,fodico, nutrico, & item alia imitatiua dicta, vt græcisso, patrisso, atticisso,&c.

Quis,& quid nō ponuntur relatiue. Frequēti⁹ tamē (vbi alterū ē rei propriū) cū eo cōuenit, vel si posterius fuerit prioris ꝓprii enarratiuū, vt Quintil. Absurdū fortasse videatur dicere barbarismū; qđ est vnius verbi vitiū.

concordant, vbi ad id respiciunt. Vt cupio esse doctus, quales estis vos. At vbi antecedens tantum respiciunt, cum antecedente conueniunt in genere, & numero, vt vellem esse facundus, qualem vos prædicatis. Loco tamen horum relatiuorum accidentis ponuntur etiam, vt, vti, & sicut, &c.

QVALIS refert Adiectiua significantia Qualitatem, vt Bonus, Malus, Niger, Albus, Diues, Pauper, Sapiens, Stultus, Dulcis, Asper, Rudis, Doctus, & similia, vt Tuæ manus sunt nigræ, quale est Aethiopum corpus. Et ego sum talis, qualis es tu, & interrogatiue, qualis es tu? fortis, & pius.

QVANTVS refert adiectiua significantia quãtitatem continuam, vt Magnus, Paruus, Longus, Breuis, Latus, Angustus, crassus, gracilis, altus, profundus, vt formica est parua, quãtus est culex, & quantus fuit Polyphemus, tantus es tu: & interrogatiue; quantus est Lucius? breuis.

QVOT refert numeralia absoluta, vt duo, tres, quattuor, quinque, decem, viginti, vt habeo triginta libros, quot tu: & mea carmina sũt tot, seu totidem, quot tua: & Interrogatiue, quot annos natus es? duos, & triginta.

QVOTVS refert numeralia ordinalia; vt primus, secundus, tertius, quartus, decimus, vndecimus, vigesimus primus, trigesimus, &c. vt in Academia Florẽtina sum decimus, quotus est Furnius in Senensi. Cenaui hora tertia, quota cenasti tu, vel, vt tu: seu, quando tu & interrogatiue (qđ est frequentius) Quotum annum agis? trigesimũ quintum. quota hora est? duodecima. Quota hora diei est actum? vigesima secunda.

QVOTVS significat etiã, quot, ut, quotus eris, pro, quot eritis, & denotat quoque rem minimam, vt quota pars: & cum quisque, paucitatẽ,

At Hor. in Epi. cum ꝓcedẽte cõiũxit; sed incidat pectus; & mãmę putres, ęq̃ na quales vbera ꝓ qualia. Talis ẽ ei⁹ redditiuũ.
Humidus, siccus, curuus, indoctus, inflexus, tardus, debilis, stridul⁹, argut⁹, docilis, hebes, acut⁹, mollis, durus, & similia. Tãt⁹ ẽ ei⁹ redditiuũ.
Si diuersa adiectiua simul ponũtur, sic relatiuũ vnicuique suũ subiiciatur; vt Habeo corpus latũ; & candidũ, quale, & quãtum habes tu, vel vt tu.
Redditiua sũt tot. & totidem.
Vnũ librũ habeo, ut tu: at duas uestes, quot tu, uel ut tu, dicimus.
Dicitur aũt Tertius decimus, uel decimus, & terti⁹, at post uiginti dicitur Vigesimus tertius, uel tertius, & uigesimus.
In his. n. maior numerus cũ copula post ponitur. In illis uero præponitur; & sic fit supra centum; ut Cé

vt quotus quiſque feciſſet iſtuc ; id eſt rarus aut nullus.

CVIAS refert nomina gentis, patriæ, & ſectæ, ſeu partium, vt Italus, Floëtinus, Academicus, noſtras, veſtras ; ut Ego ſũ Etruſcus, cuiates eſtis vos. Et interrogatiue, Cuias es tu ? Florentinus.

CVIVS, cuia, cuium, refert nomina, & pronomina poſſeſſiua, ſubſtantiuorumq. genitiuos, ut Euandrius, Balionius, Cæſareus, Regius, Herilis, Paternus, Meus, Tuus, Ciceronis, Vergilij: Vt hic ager eſt noſter, cuiæ eſt domus : & Interrogatiue, Cuia eſt filia? fratris. Nũc tamen frequens vſus eſt per cuius genitiuum relatiui quis, uel qui, tam relatiue, quam interrogatiue, vt hæc diplomata ſunt tua, cuius ſunt veſtes, & Cuius ſunt hæc carmina? Furnij.

NOMINIBVS diuiſis in pares numeros, quorum frequens vſus eſt numero pluratiuo ; ut ſinguli, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, ſepteni, octoni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, quaternideni, quinideni, ſenideni ; &c. ſubiicimus ſicut, uel ut, uel uti, ut Mei diſcipuli eunt bini, uel ſinguli, ut tui : & Boues quaterni trahunt aratrũ, ſicut equi lecticam. Dicimus etiam ornate : Ego legaui filiis meis trecenos aureos ; id eſt ſingulis trecentos, & militibus centenos vicenos quinos denarios diuiſit ; id eſt ſingulis 125. denarios.

NOMINIBVS ab anno compoſitis ut biennis, triennis, quadriennis, quinquennis, &c. Subiungimus, ut, ſicut, & uti, ut Meus filius eſt ſexennis, ut tuus ; & meus canis eſt anniculus, ſicut tui. Dicitur etiam, bimus, trimus, & quadrimus, ſed non vlterius, vt meũ vinum eſt bimum ſicut tuus, & per diminutiuum. Mea ſoror eſt bimula : vti frater tuus. Vſitatius tamen eſt ; ſum decem annorũ : vel decem annos natus ; ſeu decimum annum ago : vt tu : & Interrogatiue, quotum annum agis ? decimum,

tũ & uigiti, licet aliter qñque lectũ ſit. Cuias eſt cõe triũ generum. Ter. in Eu. dixit, Vnde es. Hectoreus, Herculeus, Priameius ; Põpeianus, Tullianus, Suus, Nr̃, & Veſter. Cuius pecus? an Melibœi. Diploma uulgo Bulla dicitur ſeu breue ſupplex libellus. Quoteni. n. pro quot ponitur, ſepteni deni, octonideni, deninoueni ; Viceni, ſinguli, & uiceni, bini, & viceni, triceni, quadrageni, quinquageni, ſeptuageni, octogeni, duceni, treceni per ſyncopen, &c. Legũtur tamẽ ſæpe ꝑ ſuis primitiuis : vt ; ſepteno gurgite ; pro ſeptẽ gurgitibus, binos fœtus ; duodena aſtra ; ſeptuageno coitu ; &c. Septennis ; octennis ; nouennis ; & decennis : ulterius enim non legimus. Vniennis non dicit̃ ; ſed anniculus. Fiũt ab his ſubſtant ;

na Biennium: triennium: quadrienniũ: quinquennium. &c. uſque ad decẽnium. quotuplex enim claſſici non admittunt; licet priſcianus; & ex Grãmaticis multi poſuerint.

Vndecuplex:duodecuplex: tredecuplex: &c.

Verg. Duplices tendens ad ſydera palmas.i.duas uel ãbas.

Quotuplex eruditi ſcriptores reſpuunt.

Duplũ; id eſt bis tantum; triplum ter tantũ; & ſic de ceteris. ſexies tantum dicit etiam Cic·quã quantum ſatum ſit.

Vicies·uicies ſemel; uicies bis:&c.tricies: quadragies:quinquagies:ſexagies: ſeptuagies:octogies: nonagies: centies: millies, &c.

Quintilianus.
Hæ ſunt ex genere ſolœciſmi;ſed pmiſſę;qđ uel auctorita-

mum;uel quot annorum es? decem.

NOMINIBVS ſignificantibus multiplicationẽ; uel generum; uel plicarum, qualia ſunt ſimplex,duplex: triplex: quadruplex, quincuplex, ſexuplex: ſeptuplex: octuplex: nonuplex: decuplex: & ſimilia, apponimus; ut,uti,uel,ſicut, ut Habeo veſtem duplicem: ut tu; id eſt duorum generum, uel plicarum. Verum hæc adiectiua ſignificant etiam non numquam materiam, vt Mea ueſtis eſt duplex, ſicut veſtra;& quandoque numerum cardinalem; ut duplex feci teſtamentum; pro duo. Et in hoc ſignificato nominibus plurali numero deficientibus rectiſſime iunguntur: vt triplex fumus; multiplex gloria.

NOMINIBVS numerum, uel quantitatem mẽſuræ ſeu ponderis multiplicantibus; adiungimus; ut: uti & ſicut; vt Meus ager reddit triticum duplum; vt tuus; & quadruplum ſolues,uti fur: ſi me attigeris. In vſu autem ſunt hæc; vt plurimum genere neutro, ut duplum; triplum;quadruplum; quincuplum;ſexcuplum;ſeptuplum;octuplum; nonuplum; decuplum; vndecuplum; duodecuplum; tredecuplum, &c.

ADVERBIA etiam numeralia;qualia ſunt bis; ter;quater;quinquies;ſexies;ſepties; octies;nonies; decies; vndecies; duodecies, tredecies,quattuordecies,quindecies,ſexdecies, &c. referuntur per quoties: cuius redditiuum eſt toties: ut ego pugnaui tricies: ſeu toties, quoties tu. Vtimur etiam his ad multiplicationem alterius numeri,vt ſepties decem: id eſt 70. & ſepties octo: id eſt 56.quod etiam ſepties octies dicitur: vt illud ſepties decies, & ſic de aliis.

DE FIGVRIS GRAMMATICIS.

FIGVRA eſt arte aliqua nouata dicendi forma: neceſſitatis, uel ornatus cauſſa permiſſa, & eſt duplex, dictionis, & conſtructionis. Figuræ conſtru-

ſtructionis ſunt, Prolepſis, Syllepſis, Syntheſis, Zeugma, Antiptoſis, Euocatio, Synecdoche, & Appoſitio.

De Prolepsi.

PRolepsis fit cum proprietas coaptatur toti diuiſo: deinde in plures partes ordine ſequentes cum determinationibus ut Exercitus hoſtium duo, vnus ab vrbe: alter à Gallia obſtant. Vidi equos currentes: vnum tarde, alterum velociter. Filij tui ſunt docti, hic pilæ, ille aleæ. Aquilarum volantium: unius ab Oriente: alterius ab Occidente par eſt uelocitas. In tumultu populus currit: partim domum, partim in plateam. Requiruntur in prolepſi quinque: Totum, quæ dictio eſt partes cõplectens ſignificatione numeri pluralis: Proprietas, quæ toti coaptata etiã in partibus ſubauditur, licet non adhibeatur. Partes, quæ totum referunt: & in eodem ponuntur caſu, niſi per aduerbia fiat: Determinationes partium, quibus partium diuerſitas in proprietate demonſtratur: Ordo, qui eſt vt totum Præcedat, & partes cũ determinationibus ſequantur. Eſt autem duplex: Explicita, in qua sũt omnia requiſita, ut patet in ſuperioribus, & Implicita, quæ ſenſu recondito dicitur, in qua tacentur aliqua, vt homines inuident alter alteri: & alter alterius onera portate.

De Syllepsi.

SYllepsis fit, cum dictionibus, uel perſona, uel genere, uel numero diuerſis commune aliquid redditur, quod cum una concordatum, cũ altera mutatum deſideratur, ut ſociis, & rege recepto, ego, & tu legimus: fit autem dupliciter, uel enim commune illud eſt ſingulare, uel plurale. Si ſingulare, confirmatur cum ea clauſulæ particula, iuxta quam ponitur, ut eſt illud per Genus; Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit, Ille eſt, & mente corrupta, & corpore: Per perſonam, Ille

te; uel uetuſtate; uel conſuetudine; uel ratione defenduntur.

Præſumptio.

per verbũ, participiũ, & Nomẽ adiectiuũ, & aduerbiũ pro nomine poſitum.

In aliis ẽt caſib⁹ poteris ſic ꝓlepſim formare, ſed vide ne decipiaris. Nã aquilas volãtes hãc oriẽs, illa miſit occidens, nõ eſt prolepſis: Proprietas. n. toti copulata, adhibita ĩ partib⁹, nihil agit cũ d̃terminationib⁹, & ſic nulla partiũ ĩ proprietate diuerſitas d̃mõſtrat̃. At ſi dices. Aquilas volãtes hãc ab Oriẽte, illam ab Occidẽte obſeruauim⁹, erit prolepſis.

Cõceptio Latine, & ꝑ cũ dicit indirecta.

In ꝑſona tñ vbi ſub eſt aliqua collatio, ſeu comparatio, verbũ priori ntõ reſpondet, vt Nulla, niſi tu, pareret talẽ filiũ. Tu melius iſta, quã ego feciſſes, Ego ita; vt tu hæc facerẽ. Ci.

pene timore, ego risu corrui. Ego illum de suo regno, Ille me de nostra republica percontatus est: & per numerum, Hic illius arma: hic currus fuit. Sin plurale, cum digniori coaptabitur. Est enim inter genera masculinum dignius feminino, & neutro, ut Mars, & Venus capti fuere dolis Vulcani: & per cum, Ilia cum Lauso de numitore sati. Femininum uero dignius quandoque, neutro, ut Vacca, & iumentum albæ, leges, & plebiscita coactæ. Persona prima præstantior, quam secunda, & tertia. Secunda uero præstantior tertia, ut Si tu, & Tullia ualetis, ego, & suauissimus Cicero ualemus: & per cum, Iphitus, & Pelias mecum diuellimur inde. Numerus pluralis concipit singularem, ut nihil hic nisi carmina desunt. Sunt nobis mitia poma, castaneæ molles, & pressi copia lactis. Casus sine præpositione, ut dignior casu cum præpositione, cooptat sibi id commune in casu, ut Ilia cum Lauso de Numitore sati. Sori eadẽ Ismarios Ebrũ cum Strymone siccat.

tũ 6. Ep. ait. Pri' hic te nos, quam istic tu nos videbis; & Pla. Sed te de aliis, quã alios de te. suauius est fieri doctos. Vbi tamẽ substãtiua simul iuncta significant res inanimatas cuiuscũque sit generis, vt plurimũ neutrũ genus subnectimus vt labor, & otiũ sũt dissimillima. Vi noletiã, ac libidines grata barbaris vsurpãs. Si alterũ fuerit animatũ, poterit etiã seruari hæc regula. At Solinus etiam in ambobus animatis. ait. Polypus, & Chamæleon glabra sũt. Syllepseos speciem multi esse dixerunt. Et iã Romana iuuẽtus cõueniunt. Oui. Vtraq. formosæ Pari di potuere videri, & mora, legati missi magnis de rebus vterq.

De Synthesi.

Synthesis fit ubi id, quod redditur discordat in uoce ab eo, cui redditur, & concordat in significato, ut Præneste sub ipsa. Pars in frusta secant, duo millia crucibus affixi. Fit autem modo per Genera, ut ubi ille est scelus, modo per numerum, ut Miles, & Imperator clari: uterque in tedent exempla, pro salute quisque pecunias contulere, & per cum, Remo cum fratre Quirinus iura dabunt. Littora cum plausus clamor superasq. deorum Impleuere domus. Modo per genus, & numerum simul, ut Magna pars uulnerati, pars mersi tenuere ratem.

Coniunctio.

De Zeugmate.

Zeugma fit, quoties in similibus clausulis cõmune aliquid in una positum, in aliis non mutatum desideratur. Et est triplex, Protozeugma,

Protozeugma.

cum

cum id quod est commune præponitur, ut uicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Mesozeugma cum in medio interponitur, ut Fluminibus salices, crassisq. paludibus alni Nascuntur, steriles saxosis montibus orni. Hypozeugma cum postremo infertur, ut Obsequium amicos, ueritas odium parit.

DE ANTIPTOSI.

ANTIPTOSIS fit, cum casus pro casu ponitur, ut o patricius sanguis, pro o patricie. It clamor cælo, pro ad cælum. Commigrauit huic uiciniæ, pro in hanc uiciniam, cui Faustulo fuisse nomen ferunt, pro Faustulū, cui fuit cognomen Africano, pro Africanus. Eius rei mihi uenit in mentem. pro ea res. Id genus, pro eius generis. Itē ubi ornatus gratia cum relatiuo coaptatur casus præcedentis uerbi, ut populo ut placerent quas fecisset fabulas. Quod Poetæ quandoque faciunt etiā præponentes antecedens relatiuo, vt Vrbem quam statuo uestra est, Nauticratem quem conuenire uoluit, in naui non erat. Patronus qui uobis fuit futurus, perdidisti. Et non numquam relatium cum casu conuenit, ut Restitue in quem me accepisti locum, pro in quo.

DE EVOCATIONE.

EVOCATIONEM fieri dicunt, cum pronomen primæ, uel secundæ personæ adiungitur immediate nomini tertiæ personæ, ut Ego Socrates doceo. Audi tu populus Albanus. Nos miseri Troes oramus ueniam. Vos pueri curritis. Requiruntur ergo quattuor, Persona euocans primæ, uel secundæ personæ, Persona euocata tertiæ, Remotio copulæ, & Verbum conueniat cum persona euocante. Fit tamen quandoque implicite, ubi persona euocans subauditur, ut Dictator capere arma veto. Penelope coniux sēper Vlyssis ero, Omnes trahimur, & ducimur ad scientiam cupiditate gloriæ.

Quia

Hysterozeugma.

Debet habere auctoritate pro ratione.

Hæc poetica sūt; & sic ...

Celsā Buthroti ascēdimus vrbem. Et vrbem paraui, pro vrbium nominibus.

Venit mihi in mentem; fani, loci, &c.

Valla vult in his sub intelligi aliquid.

Nō ignoro quosdam aliter scripsisse de his, sed an rectè, aliorum sit iudicium.

Atticorum hoc est, & Latinis rarum.

Ecclesis Græce dr.

In secunda psona cū noīe proprio Latine dici, multi negant. apud Græcos Theo. dixit σὺ μὲν πλάτων διδάσκεις. id est tu quidem Plato doces; & Aristoph. ī pluto ait, σὺ πλοῦτε .i. tu plute. Subintelligitur.n in his ego, & nos, nume

Quin etiam numero quandoque diuerso, ut populus superamur ab uno uixq. uiro Magna pars studiosorum amœnitates quærimus.

ro autẽ diuerso fit in Collectiuis, & Heteroclitis.

De Synecdoche.

SYNECDOCHEN constructionis figuram esse asserunt, vbi toti coaptatur nomen adictiuum, quod intelligitur de parte, quæ casu accusatiuo, uel ablatiuo subiungitur, vt Nympha nuda genũ, Gens stridore horrenda, oculis glauca, capillis hirsuta, Mulier trunca manum, Æthiops albus dentes, Vir ore tener, latus pectore. Fit etiam per verbũ, vt Doleo caput, vel capite: Ille læditur pedem, Percutitur crus, & huiusmodi, vbi vel animi affectus; vel corporis qualitas demonstratur. Ad hanc formam per participium etiam dicitur, sed in accusatiuo tantum, vt Laniata capillos, Oculos suffusa nitentes, quod Atticum esse aiunt.

Hãc Latini Oratores nõ facile admittũt, licet poetæ, & historici nõ refugiant. Doleo itẽ ilia, & ilibus. Grãmatice vero dicitur Dolet mihi caput, Dolent ilia. Doleo aũt casum tuum, Istud: vicẽ illius, & similia, qm respiciũt ad externa nõ est Synecdoche auct. Val. & sic mulier lacerata veste, quod pars non est de essẽtia totius. Epithece, & Parathesis dicitur Græce.

De Appositione.

APPOSITIO est duorum substantiuorum in eodem casu coniunctio sine copula, quorum vnũ declarat alterũ, vt Vrbs Florentia, Fluuius Tyberis, Arbor Laurus, Mensis Iulius, Lupus piscis. Fit autem vel caussa restringẽdæ generalitatis: vt Ad vrbem Venetias nauigo, Ludos Consualia simulauit, in Consi honorem: vel ad fugiendã æquiuocationem, vt Canis stella, Vitulus piscis: vel ad proprietatem attribuendam, vt Formosum pastor Corydon ardebat Alexim Delicias Domini; vbi duplex est. Quid meruere boues, animal sine fraude, dolisq.. Turba ruunt in me luxuriosa proci. Et (vt in his patet) numero diuerso fit, ubi alterum est vel Collectiuum, vel Genus, vel Heteroclitum, seu Defectiuum.

Præcedit tamẽ sæpe qđ declarat, ut Rheaus flumen, Roma vrbs, Aetna mõs gemini fratres, licet tũc superfluũ esse dicat Fa. Quod tñ fieri aiunt caussa ꝓprietatis attribuendæ. Ouid. 3. de Pon. qui sũ sũmotus ad Istrũ, Nõ bene pacatis flumina pota Getis.

Figuræ Dictionis.

FIGVRÆ Dictionis sũt quattuordecim, Prosthesis, Epenthesis, Paragoge, Aphæresis, Syncope, Apocope, Ectasis, Systole, Diæresis, Synæresis;

Barbarismus in solu

sis, Synalœphe, Ecthlipsis, Antithesis, Metathesis.
Prosthesis est litteræ, vel syllabæ ad principium dictionis adiectio, vt Gnatus, pro natus, Renarro, pro narro.
Epenthesis est adiectio in medio, vt Induperator, pro Imperator, Mauors pro Mars.
Paragoge, est adiectio in fine, ut Accingier, pro accingi, Dicier pro dici.
Aphæresis, est litteræ, vel syllabę detractio ex principio; vt Mitte, pro dimitte, Temno, pro cõtemno.
Syncope de medio tollit, vt Nosti, pro nouisti, repostum, pro repositum.
Apocope de fine detrahit, vt Fac, pro face, Duc, pro duce.
Ectasis est breuis syllabæ extensio, vt Italiam fato, &c. cum Italia primam natura corripiat.
Systole est longe syllabæ correptio, vt Emerunt, & Steterunt penulti. breui cum penultima longa sint pronuncianda.
Diæresis est solutio vnius syllabæ in duas, vt Aulai, pro aulæ, Siluæ trium syllabarum, pro syluæ duarum.
Synæresis est contractio duarum syllabarum in vnam, vt Phæton, pro Phaeton, æripedem, pro aeripedem.
Synalœphe est cum de fine eliditur vocalis, ob sequentem vocalem dictionis subsequentis, vt Ill'ego, pro ille ego.
Ecthlipsis necat, m, finalem cum vocali sua ob sequenté vocalem subsequentis dictionis, vt Mult'ille pro multum ille.
Antithesis, ponit litteram pro littera, vt olli, pro illi.
Metathesis est litterarum transpositio, vt Tymbre, pro Tymber, Euandre, pro Euander.

ta oratiõe, apud poetas Metaplasmus dr, doctore Quintil. qui cap. 4. lib. 1. scribit hæc vitia excusari, aut cõsuetudine, aut auctoritate, aut vetustate, aut denique vicinitate virtutum.

Has duas pedestris etiam oratio admittit in multis, & itidẽ paragogen, prosthesin, & aphæresim.

Episynalœphe.

Tymbrus etiam, & Euandrus volunt nõnulli inflecti.

DE NOMINIBVS DECLINATIONE Heteroclitis.

Heteroclita sunt declinatione, & gener. ἑτερόκλιτα siquidem varie declinata dicũtur; vnde inæqualia vocantur à non nullis; & Prisc. vocat diuersiclinia lib. 17.

VAS, Vasis, & Iugerum, iugeri, sunt Heteroclita declinatione. Illud enim in plurali habet vasa, vasorum, iuxta secundam declinationem: Hoc vero Iugera, iugerum, iugeribus more tertiæ; licet etiam in singulari legatur iugeris casu genitiuo, & iugere ablatiuo: Et Cato dixerit iugeris numero plurali.

DE HETEROCLITIS GENERE.

Hæc locorum propria, vt est etiam Argos, dicerem potius dupliciter inflecti.

DINDYMVS, Tænarus, Mænalus, Taygetus, Tartarus, Ismarus, Pãgæus, & Gargarus locorum nomina in singulari masculina sunt.

Numerus.n.plur.nõ fit à sing. in propriis nominibus, nisi transeat in appellatiuum ut Cicerones.

In plurali neutra, hæc Dindyma, hæc Tænara, &c. Massicus, Auernus, seu Aornus, Iocus, Locus, & Sibilus, in singulari masculina sunt, in plurali masculina, & neutra, vt Ioci, & Ioca, Loci, & Loca.

Carbasus, & Carbasum dictum est, frequentius tamẽ in singul. masculinũ est, in plur. vero neutrũ.

Cetus masculini generis, habet pluralem hæc cete indeclinabile, Ambrosius tamen dixit cetos.

Pergamus, pro muris Troianis, feminini generis, habet in plurali hæc Pergama, quod est visitatius. Cælum, Elisium, & Argos, in plurali hi Cæli, Elisij, Argi.

Legitur tamẽ etiam Delicia, deliciæ.

Claustrum, Filum, Frenum, Rastrum, & Capistrum, in plurali sunt masculina, & neutra, vt Freni, & frena.

Delicium habet delicias, & sic Epulum las, at balneum, nea, & neæ, as.

DEFECTIVA PER CASVS.

Daps, vtitur Cato. Preci raro legitur, at vicis, & vici rarissime.

DAPIS, Precis, Quiritis, Frugis in plurali integra sunt: In singulari habent obliquos tantũ. Nex in singulari integrum; in plurali habet tantũ neces: vicis, ci, cem, ce, habet in plur. vices, & vicibus. Opis, opem, ope, pro auxilio, & possibilitate: at in plurali pro diuitiis est integrum. Verberis, ri, re, habet totum pluralem. Astu, & Astu accusatiuum, & ablatiuum in singulari, at in plurali Astus

Opes in plur. pro auxiliis etiam legitur. An venit in Astu, Teren. diuersa tamẽ significatione.

tan-

tantum. Impete in ablatiuo, & impetis genitiuo sing. dictum est, at in plurali ablatiuo Impetibus: Vis, vis, vim, vi, pluralem habet vires cum suis obliquis. Obice in ablatiuo singulari at in plurali obices, & obicibus. Flamen, & flamine in singul. & in plur. flamina, & flaminibus. Feminis, ni, ne, pluralem habet totum. Dica, cam, ca, & in accusatiuo plurali dicas. O Macte, & pluraliter, o macti. Labes in singulari integrum est, in plurali habet labes tantum: & sic, Soboles, pax, vehes mensuræ genus, & plaustrum. At Lux, habet luces, & lucibus; & significat dies: Tussis vero tusses, & tussiū. Pecu, indeclinabile, habet in plurali pecua tantum, & si hoc allium, allij, & vlpicum, vlpici, alij genus, habent tantum allia, & vlpica in vsu. Veru, & fretum carent genitiuo plurali, & sic Sal pro cōdimento, fumus, vtris, adeps, dolus, ros, gaza, & gyrus. At Mare, far, mustum, electrum, orichalcum, vitrum, collum, lutum, mel, ius, morum, defrutū, forum, stratum, rus, thus habent quandoq; in plurali nominatiuum, accusatiuum, vocatiuum, & id maxime quando partes, aut illarum rerum genera significantur. Nomina quintæ declinationis in plurali carēt genitiuo, datiuo, & ablatiuo præter; res, dies, acies, progenies, facies, species, & materies. Relatiua vt Qui, qualis, quantus, quot, quotus: Interrogatiua, vt quis, vter: Distributiua, vt Omnis, quisque, quicunque, quilibet: Infinita, vt Alius. Negatiua, vt Nullus, Nemo carent vocatiuis: & sic pronomina: ego, sui: ille: ipse: iste: hic: is: tuus: suus: vester: & vestras.

Has vis ēt dictū est. Obex etiam à Grammaticis dicitur. Fœmen tamen ponit Festus.

Mactus, ta, tum, olim erat integrum.

Statum vulgo sella dicitur. Lectum tamen est quandoque, iuribus, iurium, mustis, moris, æꝛum, ęribus, maribus, & ruribus.

Fel inter hæc nō ponas, quia fella docti non dicunt.

Nemo caret etiā numero plurali.

Suus habere vocatiuum plur. multi contendunt, vt defendite Cæsarē, o sui milites.

DEFECTIVA PER CASVS, & Numeros.

DICTIONIS: ni: nem: ne. Spontis, & sponte. Fors: ò fors: à forte. Tabum, bi: bo. Tabes, bem: be. Expes: in nominatiuo: & vocatiuo tātū. Ganeo: onem: ò ganeo. Aleo: & ò aleo. Satias: seu sa-

Spontis tamē raro. Iussum, & permissū, vnde iussa, & permissa habent plenam de

clinationē, licet aliter doceat Valla.
Cic.tñ de Or.vsus ē gratis in singul. gtō. Solem tamē; & Solibus legitur pro ęstu; & diebus: & duo quā doq. visi sunt soles. Dicimus tamen dixi; legi; audiui; semel; bis; ter; &c.
Orationem Dominicam; Salutationem Angelicam, Symbolū Apostolorū, Deiparæ Virginis Psalteriū; id est Coronā; & sic; vidi semel bis; &c. Corpus Xpi, &c. Legitur etiam Sanguinibus pro peccatis apud Ecclesiasticos.
Dictum tamen est Charitates; glorias; gloriarum; salutes; ignauias; petulantias; insanię; isanias; Philosophias; memorias; memoriarum; memoriis; quæ tamē rara sunt.

Neutra semper sing.

laties: in nominatiuo, & vocatiuo singul. Lues: em: lue. Strues: nem: ue. Tantundem. tidem: & tūdem. Iussu: iniussu: permissu: nutu: natu: & promptu in ablatiuo tantum. Specus neutri generis: habet tantum nominatiuum: accusatiuum: & vocatiuum. Repetundarum & repetundis solum. Grates in nominatiuo; & accusatiuo plurali.

CARENT NVMERO PLVRALI.

NOMINA propria hominum: Deorum: Planetarum: Locorum: & Fluuiorū: vt Cicero: Penelope: Ceres: Sol: Florentia: Parnasus: Etruria: Cyprus: Hypocrene: Tyberis: & huiusmodi, nisi pluraliter declinentur; vt Athenæ: Puteoli, Cythera, & similia. Vbi tamen volumus plures eiusdē nominis significare, recte plurali numero vtētes dicemus. Vidi tres Lucios, duos Cicerones: & multos Antonios, non secus ac de appellatiuis. Carēt etiam plurali, Penus, Pontus, Marcor, cestus pro Veneris cingulo, Aer, Aeter, Nemo, Limus, Fimus, Sanguis, Orcus, Herebus, Vesper, Vesperus, Hesperus, Vncus quo noxiorum, & mortuorum corpora trahebantur. Item hæc feminina, Infantia, Pueritia, Adolescentia, Iuuentus, Senectus, Socordia, Ignauia, Pigritia, Vecordia, Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia, Constantia, Parsimonia, Castimonia, Charitas, Fides, Pietas, & huiusmodi virtutum nomina; & sic Auaritia, & similia. Item Dementia, Infantia, Petulantia, paupertas, inopia, prauitas, culpa, pernicitas, tabes, fuga, fames, strues, sanies, caries, pernicies, rabies, cholera, bilis, contagio, plebs, seu plebes, sitis, pix, pubes, tellus, humus, mastix. Item humilitas, humanitas, sapientia, eloquentia, diligentia, gloria, salus, fama, memoria, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Philosophia, Musica, Astrologia, Arithmetica, Poetica, Medicina, Artiū, & scientiarum nomina. Itē hæc neutra apium, hyssopum, anethum, rosmarinum,

rinum, abrotanum, costum, amomum, cinnamomum, piper, zinziber, saccharum, panicum, milliū, cicer, eruū, fœnum, siler, garum, pus, ador, lac, alec, æpityrum, oxyporum, butyrum, abdomen, hepar, senium, phlegma, capital, gluten, glutinum, gelu, vulgus, viscum, sabulum, baculum, teruncium, album pro tabula, ver, veruactum, salum pro mare, letum pro morte, barathrum, nitrum, equum, iubar, sinum pro vase, solum pro infima casei parte, Pelagus, fel, chaos, mamphur, temetum, virus, iustitium, halicastrum, aurum, argentum. Item, nil, nihilum, fas, nefas, instar, & pedum, quæ sunt indeclinabilia, & sic subtel, seu subtal pro cauo pedis, & git, & frit apud Varronem, & Nepe nomen oppidi, & Cim Italiæ vicus.

Legitur et Amomis. Fœna; œnis; & œnorum. Vulgus est et masc. generis. Vnde Cice. plu. posuit dicés, Saturnū maxime colūt vulgi; sic Terūcius. Pelagis pluraliter vsus est Ci. de fin. & & Val. flac. dixit Pelagū in accusatiuo; genere masc. Git est herba: & legumen. Frit vero id in sūma spica iā matura; qd̄ minus est quam granum.

MASCVLINA PLVRALIA.

SENTES, cancelli, liberi, luceres, lemures, manes, superi, inferi, posteri, minores, maiores, cani, loculi, & loci, seminis receptacula, penates, optimates facti, & fastus quartæ declinationis, pugillares, seres, cares, menses pro menstruis. Fori pars nauis, & spectaculorum loca, ludi pro spectaculis, mores, fasces, insignia magistratus, antes, codicilli pro epistola, Scyri foueæ frumentariæ. Item tot, quot, cum compositis, vt totidem, & aliquot, quæ etiam indeclinabilia sunt, & omnis generis, & sic numeralia omnia, à quattuor vsque ad centum. Item locorum propria non nulla, vt Puteoli.

Leges tamē optimatem. Optimate; liberum; foro; pugillaria etiā inuenies; & vtrūque etiam singulariter; sic Ser. Mos enim cō suetudinem significat.

FEMININA PLVRALIA.

SVPPETIÆ, inficias, charites; id est gratiæ, phaleræ, antiæ, idus, Kalendæ, nonæ, diræ, feriæ; id est festi dies, exequiæ, cunæ, litteræ pro epistola; Aræ pro penatibus: & loci proprio: Opes pro diuitiis, tenebræ, exuuiæ, induuiæ, induciæ, valuæ, tricæ, apinæ, pro nugis, thermæ, clitellæ, sortes, pro oraculo, diuitiæ, fortunæ, insidiæ, cantes, reliquiæ, fauces, falæ, quisquiliæ, lactes, minæ, plagæ, pro re-

Mediisque in fluctibus aras.

te,excubiæ,primæ,primitiæ, ſubſtantiua nomina, inferiæ,ſcopæ, partes pro factione, & officio, nundinæ,manubiæ,fidiculæ pro inſtrumento, quo homines torquentur, thermopylæ,ſcalæ, fores, quæ duo etiam ſingulariter legũtur, vt Copiæ pro exercitu apud Poetas. Item multa locorum propria, vt Venetiæ,Thebæ,Piſæ,Athenæ, Gades, Ambages aũt,& Aedes ꝓ domibus,ac latebræ: Alpes verò,argutiæ,præſtigię,bigæ,trigæ,quadrigæ,gingiuę,inimicitię,neniæ,genæ,ſcatebræ,nares,blandiciæ,cõpedes,ſordes,crates,mappæ,ceremoniæ,minutiæ, facetiæ,vigiliæ,antennæ,paleæ,deliciæ,illecebrę, & ſalebræ, licet frequentiori vſu ſint pluralia, inueniuntur tamen ſæpe etiam ſingularia.

Partes etiam pro regionibus leges apud Ciceronem;

NEVTRA PLVRALIA.

ARMA, ſeria, roſtra Romæ locus,effata,crepundia,exta,cibaria,teſqua,ceraunia, luſtra ferarum cubilia,caſtra militum loca, flabra ventorum flatus,cunabula,incunabula, iuſta, Bona pro diuitiis, Parapherna præter dotem feminis data, Comitia populi conuentus ad creandos magiſtratus, pręcordia,charcheſia,vinacea,ſerta,munia,bellaria,viuaria, Lumina pro oculis,licet Poetæ etiam ſingulariter ponant, ſponſalia, mapalia, magalia, magnalia, palearia, lemuria, virilia, muliebria, ocularia. Item non nulla propria, vt Bactra, Cythera, Artaxata, Tentyra. Item pæana, Pindari opus,& ſic Bucolica,Georgica, Rhetorica, Chronica,& huiuſmodi. Item feſtorum nõ nulla nomina,vt Bacchanalia, Vulcanalia, orgia, parentalia, Opalia,Saturnalia,parilia, Conſualia,& ſimilia. Item pondo, quod eſt indeclinabile, & Tempe, qua voce tantum vtimur, à τίμπη facta per craſin, à τίμπεα Frugi, mancipi,cordi,nauci,& nihil cum omnibus caſibus, & generibus, in vtroque numero connectuntur. Sunt enim generis omnis, & indeclinabilia.

Iuga;tranſtra;aulęa; lachana;liba; ſpolia; claſſica; oſtrea; ſpectacula;ĩteſtina;ilia: flamina; verbera; & penetralia; legũtur ſæpe ſingulariter; & ſic pugillaria; & naualia.

Qui plura velit; ſcriptores euoluat; & Grammaticorum canones. Hæc pueris ſatis.

VA-

VARIÆ DECLINATIONIS SVB EOdem recto sunt.

COLVS, cornus, laurus, quercus, pinus, lacus, arcus, ficus, domus, & penus: quæ in quibusdā casibus sunt secundæ, in quibusdam quartæ declinationis, vel vtriusque.

SVB DIVERSO AVTEM RECTO HABENTVR.

AETHIOPS, Arabs, Hiber, Elephas, Titan, & Delphin, quę cum sint tertię declinationis, habent tamen Aethiopus, Arabus, Hiberus, Elephantus, Titanus, & Delphinus secundæ inflexionis, & sic Poema, Toreuma, Emblema, Enthymema, & similia a Græcis profecta, tertię declinationis, habēt Poematū Toreumatū, &c. secūdi flexus, Dicitur etiā lampas, dis, & lampada, dæ, Crater, ris, & Cratera, ręe, & sic Fasti, & Fast⁹ numero plu. Itē Algor, oris, Algus, algi, & Algu, Algu indeclinabile.

HÆC etiam adiectiua, syncerus, inermus, infrenus, exanimus, eneruus, hilarus, imbecill⁹, biiugus, multiiugus, omniiugus, pusillanimus, vnanimus, sublimus, illimus, & similia ab animus, & limus composita. Item accliuus, procliuus, & insomnus, & semisomnus per tres diuersas voces variata, & primæ, secundæq́. inflexionis, habent etiā nominatiuum inflexum per tres articulos, & duas voces, iuxta tertiam declinationem, vt hic & hæc illimis, & hoc illime. Dicitur etiā sequester, stris, stre, & Sequester, stra, strum, vt Ludicer, ludicra, ludicrū. Item hic & hæc celebris, & hoc celebre. Mediocris, & mediocre. Salubris, & salubre, & Celeber, bris, bre. Mediocer, cris, cre. Saluber, bris, bre: & Celer, celeris, celere.

DIVERSI GENERIS.

SCROBS, seu scrobes, silex, margo, stirps, pumex, sūt mascul. & femin. generis: hyssopus, crystallus, hebenus: feminina habent neutrū in vm, vt hyssopū, & sic Ilios, rapa, antidot⁹, insomnia, labia,

F 2

Quercus; arcus; & lacus; in genitiuo sunt frequentiora.

Dicitur; & hoc Penus, oris & hoc penu; nu. indecl.

Datiuus plural. Poematis; Toreumatis; &c. secūdi flexus est vsitatior in his.

Crater tū est masc. Cratera vero femini ni; lynx; & lynca.

Vsitatiora tamē sūt Syncerus, illimis; Sublimis; Inermis; Hilaris; Semisomnis.

bia, diluuies, alluuies, colluies, colostra, menda habent Ilium, raptum, antidotum, insomnium, labiũ, diluuium, alluuium, colostrum, mendum. Hęc etiã masc. clipeus, baculus, angiportus, commẽtarius, calcaneus, helleborus, punctus, culter, oleaster, tignus, sabulo, & cubitus habent neutrum genus, in um: & tonitrus habet tonitru.

Mille adiectiuum ꝑ geminum L, substantiuum vero per vnũ scribi voluit Georg. Val.

MILLE adiectiuum, est numeri pluralis, generis omnis, & immutabile: At substantiuum, numeri singularis, generis neutri, & indeclinabile in singulari, sed in plurali habet hæc millia, horum millium, his millibus, millia, millibus.

Istuc vadimoniũ dicit Cic. pro Quintio, pro istoc seu istud.

ISTIC, istæc, istoc. Accusatiuo istũc, istanc, istoc, Ablatiuo ab istoc, istac, istoc. Pluraliter nominatiuo istæc genere neutro, & sic in accusatiuo istæc, ceteris caret, & sic declinato. Illic, illæc, illoc.

Huiusce, hisce, hosce, & hasce, tãtum nũc dicimus.

Tute, & Tete: at Meme, & Sese solum.

Met cum ego, vt Egomet per omnes casus inflectitur At cum Tu, caret nominatiuo, nam Tumet nõ dicimus, ne putetur esse verbum, verum pro eo dicimus, Tute, & Tutemet.

Meapte, Tuapte, Suapte, Nostrapte, & Vestrapte, in ablatiuo tantum vtimur.

Quisque caret genitiuo plurali. quisquis habet in vsu quidquid, in nominatiuo, & accusatiuo, & in ablatiuo à quoquo, quaqua, quoquo ceteris vocibus, & casibus caret.

Quodquã raro legitur. Quidcũque vero numquã.

Vnusquisque, vnaquæque, vnumquodque, vel vnũ quidque flectitur tantum numero singulari.

Quod cum suis compositis, vt adiectiuum ponitur cum substantiuis, vt quod pomum, & refert.

Quid cum suis compositis substantiue ponitur, & interrogat, aut infinite capitur, numquam refert, vt Quid rei? quidquam falsi.

Quis in compositione postponitur, en, ne, alius, num,

num,si: vt ecquis,ecqua,ecquod,vel ecquid;& sic, Nequis,aliquis,numquis,siquis. Quibus nō postponitur qui.

Quis præponitur,quis,nam,q; , piam, putas, quā, vt quisquis,quidquid vt supra,quisnam,quænam, quodnam , vel quidnam , & sic inflectas, quisque, quispiam,quisputas,& quisquam, per alias voces; & in aliis casibus prima tantum voce inflexa.

Qui præponitur dam,vis,cumque, libet,vt quidā, quædam,quoddam,vel quiddam,& sic cetera,quibus non iungas quis.

Ecquis;nequis:& nūquis,non sunt in vsu in omnibus casibus. His nō iungitur qui. Quisq. etiam feminino genere iuenitur: & sic,Quis apud Terent.& Plaut.

De Mvltorvm Nominvm Constructione.

PLENVS, inops,pauper,expers,lætus,feruidus, satur,satiatus,diues,abundans,fecundus, refertus,egenus,indignus,immunis,inanis,sterilis, vecors,purus,integer,exiguus,exhæres, genitiuo, & ablatiuo indifferenter iunguntur: & sic,Fessus corpore,& rerum dicimus. Fecundus etiam cum actō cum,in,vt Fecundum in fraudes hominum genus; & Immunes cum ablatiuo cum à,vel ab, vt Immunis ab illis malis fui. Potens pro abundans frequētius ablatiuo, pro potentiam habens, genitiuo, Dignus,indignus, sanus,miser,vacuus,& felix sæpius cum ablatiuo ponuntur, vti Truncus,orbus, orbatus,oneratus,viduus,contentus,saucius,lapsus, nimius, onustus, cumulatus, frustratus,copiosus,tenuis,macte,nudus,extorris,cassus,vilis, turpis,formosus,pallidus,albus,nobilis,clarus,inclytus,celeber,generosus,grauis,tutus,inflatus,turgidus, tumidus,elatus,superbus, amplus, velox, fatigatus, & tristis. Vanus autem, & prosper sæpius cum genitiuo , & sic peritus. Similis tui moribus : similis tibi figura . Conscius mihi sceleris , idoneus huic rei,& ad hanc rem;& sic bonus,aptus,& accommodus. Vtilis tibi,Notus mihi. Capax trium equorū, tribus equis,& ad tres equos. Alienus ab hac re.

Plenus cū genitiuo, & ablatiuo indifferēter, tam apud alios, quam apud Cic. contra Val.leges.

Præstans, egregius, & incertus animi dicimus , licet cū aliis nominibus ablatiuo iungantur.

Liber à spe , & liber fato,metu,odio,& libera fati classis apud Verg.

Cic.pro Cor. Bal. Peritus vero nostri moris,ac ruris.

Amicus illius,& illi.

Mistus illis, cum illis, & in illis, sed frequentius sine præpositione. Natus decem annos, & tribus annis. Oriundus à Roma, & aduerbialiter, Roma, & oriundus à Tullo. Opus est mihi hæc res, sed hac re frequentius. additur etiam his ablatiuus cũ præpositione, siquid ipsi opus est à Cæsare. Item, Si qua in re ei opus fuerit iuueris, & opus est huic de tuo iudicio, & huius rei etiam leges. Est autem opus indeclinabile, & tam singulari, quam plurali numero iũgitur, vt Opus est mihi hæc res, & Opus sunt mihi hæ res. Sunt item non nulla quæ infinitiuo iungi possunt, & gerundio genitiui, vt certus, cõsuetus, cupidus, cupiens, auidus, doctus, peritus promptus, timidus. Item multa, quæ cum accusatiui gerundio ponũtur, & infinitiuo, vt audax, aptus, bonus, celer, difficilis; facilis, fortis, habilis, idoneus, ineptus, nauus, par, piger, paratus.

Cic. tamen. 13. fam. Ep. 70. ego autẽ tribuo non numquam in vulgus, sed plerunque necessariis.

VBI nomen, vel verbum potest indifferenter cũ duobus casibus construi, ex regula nõ est vterque in eadem constructione apponendus. Dicendum enim est, vir est summæ prudentiæ, & magnę auctoritatis, non magna auctoritate. Et sic; vir est summa prudentia, & magna auctoritate, non magnæ auctoritatis. Accinxi me his rebus, & tuis, nõ ad tuas. Prohibuit mihi domum, & fratri ciuitatẽ, non fratrem ciuitate. Sanus mente, & animo, non animi, & sic de similibus, nisi rei diuersitas exposcat aliter, vt hoc interest mea, & meorum.

Cic. Si quid esset qđ eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset.

TV es corrupto, & corde, & corpore, & sic cum, tum, vel, & aut, recte dicimus. Sed vbi substantiua fuerint genere, vel numero diuersa, Adiectiuum post Substantiuum ponimus cum altero copulatum. Tu es, & animo corrupto, & mente: vel tu es, & animo, & mente corrupta. Ille est tum viribus magnis, tum animo, vel Ille est tum viribus magnis, tum animo, vel Ille est tum viribus, tum animo magno: vel non geminata coniunctione

Licet aliter quandoque dictum legamus etiã apud Ciceronẽ.

ne, Optima es mente, & viribus. Sic etiam recte dicimus, Tu neque legis, neque me legere permittis: Tu nec faceres, nec à me permittereris. Tota enim oratio pendet à prima dictione, & ideo inepte diceres, Tu neque legis, neque abs te legere permittor. Et, Tu nec faceres, nec ego permitterem. posses tamen toti orationi negationem prę ponens, sic dicere, Nec tu faceres, nec ego permitterem.

Hæc omnia à Laur. Val. sumpta sunt.

GENITIVI primitiui, Mei, tui, sui, nostri, & vestri, passiue ponuntur, vt Amor mei, quo ego amor, & sic vtilitas mei, quã de me alter excipit. Vtilitas vero mea, quam ego capio, & sic de iis dicito, quæ actiue, & passiue poni possunt, vt vsus, memoria, obseruantia, fastidium, desiderium, cura, odium, dolor, potestas, copia, suspicio, fauor, existimatio, &c. Aliquid mei, & Aliquid meum etiam differunt. Illud enim intelligit aliquid de me, hoc vero aliquid, quod ego possideo, & sic medium tui, & medium tuum. Membrum mei, & membrum meum, pars mei, & pars mea. At caussa mei, & caussa mea, Fama mei, & fama mea, Imago mei, & imago mea idem significat, teste Valla, rectius tamen mea dicitur. Coniungimus quandoq. vtrunque, vt Nostra tui memoria, id est quam nos de te habemus. Alij vero genitiui, actiue sumuntur, vbi resoluuntur in agentem, vt prouidentia Dei, qua Deus prouidet, Amor Petri, quo Petrus alios prosequitur. Passiue vero vbi recidunt in patientem, vt cultus Dei, timor Dei, quo Deus colitur, & timetur, & sic amor Petri, quo Petrus amatur.

Pars enim mei, est, vt per manus, caput, anima.
Pars vero mea, est, quam ego possideo, vt fund⁹; domus: &c.

MEA tua, sua, nostra, & vestra: pro mei, tui, sui, nostri, & vestri, cũ genitiuis iungi possunt quatuor modis: Primo, cum genitiuis numerorũ cardinalium, vt duorum, trium, &c. Secundo cum genitiuis, omnium, cuiusq.; paucorum, multorum, & plurium. Tertio cum his tribus, vnius, solius, & ipsius

Vestra duorum opera sum liberatus.
Vestro paucorum fauore euasi.
Tua solius cura.
Solius enim meum

peccatum corrigi nõ poteſt.Cic.
Fauore tui vni[9]:quo alij proſecuti sunt.
Ouid.
Copia placandæ ſit modo parua tui.
Nec Tua docẽtis verba Magiſtri audio: Sed tua docentis verba: qui es magiſter: uel,o,magiſter.
Helena Ouid. dixit.
Nec tibi plus cordis, ſed magis oris ineſt.
& Plautus, Gaudeo tibi mea opera liberum eſſe amplius.
Idem conſilij.
Abunde eſt potẽtiæ: & gloriæ.
Fungũtur hæc nominis officio, & varietatis cauſſa admiſſa ſunt.

ſius. Quarto cum genitiuis participiorum, vt mea legentis intereſt docere. Et in alio etiam caſu, ſæpe rogabis, vt mea defunctæ molliter oſſa cubent. Et ſic licebit paſſiue dicere, tui vnius, mei ipſius: poteſtas tui præſentis, videndi tui gratia. Sed non addas ſubſtantiua genitiuis dicendo: Veſtra duorum fratrum opera, Tua ſolius Petri cura, Veſtro paucorum hominum fauore, Mea legentis magiſtri diligentia, Videndi tui Cæſaris gratia.&c. Nec vt Boethius (ſi Vallam audimus) ſolantur mœſti nunc mea facta ſænis. Vtendum eſt enim relatiuo, & dicendum, veſtra duorũ opera, qui eſtis fratres, Tua ſolius, qui es Petrus, & tua ſolius ò Petre, ſed cum vocatiuo ad ſecundam tantum.

HÆC nomina vſurpantur genere neutro, cum ſubſtantiuo genitiui caſus: Multum, plus, plurimum, minus, minimum, exiguum, tantum, quantum, aliquid, nihil, quid, quod: & pronomina id, hoc, illud. Aduerbia in vim nominis, parum, paullulum, partim, ſatis, abunde, affatim: vt multũ eloquentiæ, quid rei, quod militum haberent. Id temporis partim hominum, ſatis teſtium eſt à me datum, abunde ſalis, diuitiarum affatim tibi eſt. Sic etiam dicimus, eò impudentiæ ventum eſt, eò loci redacta res eſt. Huccine rerum venimus, Tunc tẽporis, Interea loci, Interea temporis, Illius ergó, & peregrinationis ergo.

HÆC vero contra cum ſubſtantiuo, & relatiuo eleganter coaptantur: Summus, poſtremus, vltimus, extremus, medius. Primus vt Prima æſtate Euphratem tranſiturus eſt. Mediam mulierem cõplectitur. quib[9] in extremis. In vltima platea, &c. pro in vltima parte plateæ: in extrema parte quarum, medium mulieris, in principio æſtatis, ſeu primæ parte æſtatis.

MENSVRARVM, & ponderum nomina iuncta cum nomine ſubſtantiuo, & genitiuo ponuntur

tur vt habeo agrum trium iugerum, & panem decem librarum: & conuerti possunt, vt habeo modium vnum tritici, comedimus libras duas butyri, & bibi cyathos quattuor vini, & hoc frequentius.

MENSVRÆ casus, vel cum verbo sit, vel cũ nomine adiectiuo, Accusatiuus esto, vt Hic pannus est altus tres vlnas. Caulis est palmum vnum longus. Septem pedes longus, vmbram nõ amplius quattuor pedes longam reddit. Turres latas octo pedes fecerunt. Quandoque est ablatiuus, ut Pers. Pinguis aqualiculus propenso sexquipede extet. Dicimus etiam Turris est centum pedum altitudine, & sic longitudine trium cubitorum, & latitudine sex vlnarum, &c.

Plin. muris ducētos pedes altis, quinquagenos latis. Itē, Nucleo crasso sex digitos.

TEMPORIS casus vbi intra quantum tempus, vel quando significatur, ablatiuus erit: vt Iupiter exiguo tempore inermis erit, id est intra exiguum tempus. & sic legati triduo nauim conscendere. i. intra triduum, paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios; id est intra paucos dies. Additur interdum, in, vt Ex eo nata soboles adeo in paucis adoleuit diebus, id est intra paucos dies. veni hora sexta. Cæsar occisus fuit idibus Martiis, omnia plenilunio maria purgantur, pũcto temporis rerum momenta vertuntur. Addimus quandoque, de, vt Cæperunt epulari de die. Reliquias de media nocte proficisci imperat. Inibant conuiuiũ de die. In conuiuium Milo de nocte vigilabat. Vbi vero quampridem, & quandiu, seu quandudum denotatur, vel ꝑ hæc fit interrogatio, esto ablatiuus, vel accusatiuus sine præpositione, vt Vnà cum gente tot annos bella gero, abfui magnam partem consulatus tui. Noctes, atque dies patet atri ianua Ditis. Horũ pater abhinc duos, & viginti annos mortuus est. Mulier quædam abhinc triennium ex Andro commigrauit. Item pro quandiu cum per, vt Tenuisti prouinciã per decem annos, cibo per quatri-

Surgunt de nocte latrones.

Quintil. lib. I. Quæ per viginti annos audiendis iuuenibus impenderam. Prouisæ sunt fruges in annum. Plinius. Nihil salutare est, nisi quod toto anno salubre est.

triduum abstinuit: & cum, in; vt Protraxit conuiuia sæpe in primam lucem. Produximus in multā noctem sermonem. Inducias in triginta annos impetrauit: Cum ablatiuo autem sic, Imperauit triēnio, & decē mēsibus diebusq. octo, vixit annos 29. Quattuor mensibus est prægnans. Comitiis ab hinc triginta diebus habitis. Abhinc sexaginta annis occisus fuit. Venustius tamen per accusatiuū, quando tempus continuatum significatur. Vbi autem præfixum (vt aiunt) tēpus designamus, actō cum ad, vtimur, vt Frumentum ad diem non dedit: vel cum, in, pro quo tempore id fieri intelligimus, vt Conuentum edixit in diem tertiū.i.pro die tertio. Alium conuiuam quæ: ito in hunc diem tibi.i. pro hoc die. Illi heri me vocauerunt in hūc diem.i. pro hoc die: & sic, In hāc horam, in hunc mensem, in hunc annum, in crastinum, in perendinum sum paratus. Item dicimus, In dies singulos eius copiæ diminuūtur. In singulas horas capite dimices tuo: & viuere in diem, in horam: & sic malum crescere in horam, & in diem, & differre in diem, in tempora, in annos, & diē de die, vel ex die dicimus, quod Cic. pro Rosc. Am. dixit, procrastinare.

Suet. Biennio continuo pedem porta non extulit.

Pretor creatus est in annum.i. pro vno anno; designati consules in eum annū fuere.i. pro eo anno.

Ad exiguum tēpus; pro exiguo tēpore: & ad punctum tēporis, pro pūcto dicit Cic.

De Reciprocis, Ex Laur. Valla.

AD suppositum respondeo per reciproca, vt Cic. defendit Milonem sua bonitate. Deus parcit nobis sua clementia. Chremes misit filium suum, non eius. Dicimus tamen omnes optant quod sibi vtile est, & quod eis, vel ipsis vtile est: licet non dicamus, Omnes optant quod eis vtile putant sed quod sibi. Item Chremes rogat te, vt suus apud te filius cenet, & eius apud te filius, licet dicamus, Chremes non affuit sed filius eius, nō suus, & Hic petiit, vt sui misereamini, & eius, seu illius. Grammaticorum est inter se certare, & inter ipsos dicimus, & sic si datiuus, vel ablatiuus erit casus ille

Cic. 4. Ep. fam. Trebatius scripsit te quęsisse ex se, quib⁹ in locis essem.

ad quem respondemus, vt Grammaticis inter se, vel inter ipsos semper licut certare. At si nominatiuus fuerit, vel accusatiuus, reciprocum tantum subdimus, vt Grammatici inter se semper dissentiunt. Vidi Grammaticos inter se dissentire.

AD appositum autem per eius, vt Amanus Deũ propter eius bonitatem, Inueni Petrum ante eius domum, Cœpi leonem, & catulos eius. vnde Thais amat Chæream,& fratrem eius, si dixeris; de Chereæ fratre intelligimus. Sin Thais amat Chæream,& fratrem suum;de Thaidis fratre. Verum si Appositum, pronomen aliquod relatiuum erit,vt,Is,ille ipse; tunc per reciproca melior erit locutio,quàm per eius: vt Inueni eum, seu illum, vel ipsum,ante suam domum. Item si apposito erit aliquod Participium, vel adiectiuum adiunctum, reciprocum subdito, vt Vidi Platonem legentem suos libros, & hilarem intra suum Gymnasium, Legi Tantalum famelicum, & sitientem in exuberantia suorum ferculorum.

Dices tamen, Illorum interest sua defendere: Reginæ suus placet rex, cuique sua est gloria; & sic cum quisque reciprocum ponito. Dormitasse tñ quandoque in his etiam magnos auctores inuenies.

DE PRÆPOSITIONIBVS, ET ALIIS partibus indeclinabilibus ex frequenti auctorum vsu.

A Præponitur omnibus consonantibus. Ab vocalibus,& interdum I,consonanti, & liquidis, L,R. Abs,Q. & T,A ponitur etiam pro post, vt, à Ientaculo, à prandio,à cena,à ludo, à funere, &c. Dicimus quoque à me sentit.i.mecum, à senatu stat.i.cum senatu sentit. Et ille est à litteris.i.Cancellarius,à secretis,seu Consiliis.i.Secretarius, à Cubiculis.i.Cubicularius,à libellis.i.Notarius, à poculis.i.pocillator,à facetiis, à fabulis.i.cõgerro, & sic puer à manu, seruus à pedibus, &c. Ab re,et dicimus.i.præter rem, seu rationem, & propositũ, ac sine caussa,vt Haud ab re duxi hæc vobis referre.i.non esse præter propositum, & Non ab re factum.i.non sine caussa, & ab amico, ab Trapezita

Apud Liuium leges, ab aliis etiam consonantibus iunctam.

soluere, est per manus amici, & Trapezitæ: Ci. frater laborat, vt, quod habet ab Egnatio, soluat.

IN, cum verbo quietis ablatiuo seruit, cum verbo motus ad locũ, accusatiuo, & sic pro erga, pro contra, pro ad, pro super, ut Tu in vtranque dormias aurem, & cum significat pro vt in hunc diem constitutæ sunt nuptiæ. i. pro hoc die, & pro ante, vt vereor te in os laudare, & pro, vsque ad vt Protraxit conuiuia in primam lucem. Sub, cum verbo quietis seruit ablatiuo, cum verbo motus ad locũ, actõ, & sic pro, Statim, post, vt Sub eas recitatæ sũt tuæ, & pro Ante, vt sub prandium, Sub cenam; id est ante prandium: at Sub prandio, Sub cena, est inter prandendum, & sic Sub noctem est instante nocte, seu paullo ante noctem: at Sub nocte, est in nocte, seu intra noctem. Subter fere semper accusatiuum habet, siue quies sit, siue motus. Desilit in cãpos, qui subter mœnia nudos, Asseruant manes, & pugnatum est, subterq. terram.

Prætor creatus est ĩ annum.

Virg. tamẽ poetice. Ferre libet subter dẽsa testudine casus.

Virg. tamen dixit. Nocte super media; pro vltra.

Super cũ verbo motus exigit actũm, & sic pro præter, vltra, inter, & prope, vt Situs est super Numicum amnem, ac In, cum ad interpretationem refertur, vt Donatus super Terentium: cum verbo autem quietis ablatiuum, vt Fronde super viridi poteris requiescere mecum, & sic pro de, & pro, seu propter, vt Multa super Priamo, Hac super re scribam ad te. Nec super ipsa sua molitur laude laborem. Interdum tamen etiam actũm habet cum verbo quietis, vt Furor impius intus Sæua sedens super arma. Et sedeo super lapidem dicimus, non supra. Nam super contiguitatem dicit: at Supra spatium interiectum, vt supra nos aquila volat, Olli cæruleus supra caput astitit imber. dicimus etiam, Viginti supra centum pro vltra, Et hoc vobis supra caput est. i. imminet, & valde vrget.

Posuere tamen quãdoq. aliter Liu. quintil. & Cic.

Intra opponitur extra, vt Intra muros, & extra pugnatur, & refertur etiam ad tempus, vt Intra horã.

Dicimus etiam, Intra famam, intra mo

Intra

Intra decem dies. Intra Kalendas. Intra Ferias. Infra opponitur Supra, vt Infra tectum.i. subter tectum, & ad dignitatem etiam refertur, vt infra dignitatem tuam est. Infra omnes infimos homines esse te puto. Inter calicem, supremaq; labra multa cadũt, dicimus, & quasi nõ norimus nos inter nos, & inter vias cœpi egomet mecũ cogitare, & Inter eundum. Citra, & vltra opponuntur, vt Citra Tyberim sũt Tusci, Vltra vero Vmbri. Dicimus etiã pro fine: Grammatice citra Musicen non potest esse perfecta. Et bibi citra ebrietatem. Item citra naturæ leges; id est minus quàm naturæ leges patiantur.

dũ; ꝓ citra modũ; & minus quã modice.

Cicero.

Supra me Atticus; infra Verius.

Virg. tamen.

Caput inter nubila condit.

Circiter, & Circa pro iuxta, & prope, Sed circiter ad tempus, numerumque refertur, vt Circiter Kalendas sextiles huc veni, & Circiter duo milia desiderati. Item aduerbialiter, Olympiade circiter quadragesima secunda. vnde circiter ducentis milibus distat.

Circiter etiam ad locum quandoque; teste Valla.

Circa ad locum, & tempus, vt Circa forum; Circa tertiam vigiliam.

Circum ad circuitum, vt maria omnia circum.

Capillus circum caput negligenter reiectus, & aduerbialiter. Anna vides toto properari littore circum.

Circum omnia fora prætorẽ sectabatur, pro circa dicit Cice.

Aduersus solem ne loquaris, id estimani festis ne repugnes.

Aduersus, vel aduersum, & pro erga ponitur, vt Id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam: & pro contra, vt Ego te complures aduersus ingenium meum menses tuli.

Contra in malam partem capitur, vt contra ius, fasq;, contra me astas, & pro è regione: Carthago Italiam contra.

Erga in bonam partẽ. Ego omni officio, ac potius pietate erga te satisfacio omnibus. In malam, aut numquam, aut rarissime.

Tenus pro vsque ad, ponitur, & iungitur ablatiuo in singulari, vt Nilo tenus. In plurali vero, tum abla-

ablatiuo tum genitiuo, vt pectoribus, costisue tenus. Et nubium tenus, ossium tenus. Sed cum geminata res notatur, vel deficit numerus sing. iungitur genitiuo tantum, vt Crurum, & Aurium tenus, & Cumarum tenus, postponiturq. semper.

Licet Corn. Celsus, lib. 2. cap. 3. Inguinibus tenus dixerit.

Præpositiones aduerbiascunt, vbi casibus non cohærent, vt pauca supra repetam, extra mente, prope adest, & sic procul, coram, clam, palàm, &c. Eccum, eccam, Ellum, ellam, de vno, vnâue dicimus, & Eccos, eccas. Ellos, ellas, de plurib. pro, ecce hic, ecce illic, vel en illic, & ideo aduerbia, auct. Valla. & dicimus Eccum Parmenonem, ellã Thaidẽ, Eccas tuas sorores, Ellos tuos hostes. Item, Eccum Mitio egreditur foras, Amphytrio eccum exit foras, Ellum confidens catus. Ecce amat nominatiuum. Ecce Antonius. Ecce tibi Cassij litteræ. En vero nominatiuum, & accusatiuum, vt En Priamus, En improbitas En animum, En mentem, En quattuor aras.

Prisc. declinarunt. Eccus, ea, cum. & Ellus, la, lũ, vnde Ter. Ecca nostri fundi calamitas, & Plaut. Mater tua, ecca hic. Plau. tamen, & Ter. dixere, Ecce me, & Ecce rem, ecce alterum, & Cicero, ecce eum: ecce hominem miserum de finibus: & pro Cecinna, ergo Ecce etiam cũ accusatiuo vtemur.

Ne, An, Num, Interrogatiue indicatiuum admittunt: Dubitatiue autem, vel indefinite, subiunctiuum, vt vise num redierit Nihil refert feceris ne, an suaseris. Dicimus præterea per An, nõ per Aut. Hic an ille fecit? vel cum ne præposita. Aurum ne est, an orichalcum? Et sic verbis dubitationis, & inscientiæ, damus. An cum subiunctiuo, non Aut, vt Dubito, seu Nescio an pater viuat, an mortuus sit, vel Ne subsequente an, vt Incertus sum viuat ne pater, an non, vrbisne inuisere Cæsar, &c. An deus immensi venias maris. quandoque ẽt coniunctim, an præposita. An ne nouum tardis sydus te mensibus addas. vel sine an, Ne cum nec proposito, vt Incertus sum viuat; nec ne pater. Verbis autẽ opinionis, & scientiæ damus Aut, vt Scio, vel opinor patrẽ; aut mortuum esse, aut ægrotare, vel ex Valla, cum quod per indicatiuum, opinor quod pater aut mortuus est, aut ægrotat. Non præter imperatiuum

Virg. primo Georg.

tiuum; omnes alios modos admittit,& interrogando affirmat,vt Non ego te spoliaui?At per Num si fit interrogatio,negatio innuitur, vt Num ego te spoliaui? quasi dicat ego te non spoliaui. Ne prohibentis; imperatiuo gaudet,& subiunctiuo,ne nega,ne dixeris.

Id est ego spoliaui.

Vbi Cum & Postquam aduerbia temporis modo indicatiuis apponuntur modo subiunctiuis.

Age singul.nectitur: Agite plural.& sic Agitedū, at Agedum vtrique.

Flac.tamen ait, Vos age funereas ad littora voluite naues: & Ter.Age eam intro.

Præsto sum,& præsto sumus dicitur.i.in promptu; seu parati: & præsto esse alicui, est etiam præsidio esse,& fauere, seu iuuare.

Simulac,& Simulatque subiunctiuum amant non repudiant tamen aliquando indicatiuum.

Vt,pro postquam gaudet Indicatiuo; licet non refugiat quandoque subiunctiuum.

Vt, pro sicut, admittit indicatiuum, & subiunctiuum; & sic quemadmodum: sicut,& vtcunque.

Ais enim vt ego discesserim omnia omnium caussam Cice. 7.Ep.Iust.tamen.11: ait Locupletiss. vt quisque est, ita plures equites in bello regi suo præbet. verum non probatur.

Vt, & Ita dentur similibus gradibus, & superlatiuis potissimum;vt Quintil.quod vt longe optimū, ita difficillimum. Eundem sensum faciunt,tam, & quam;vt quam acerbissima olea erit, dum oleum facies,tam oleum optimum erit. Vt,& vt pote;iunguntur partibus casualibus, non uerbis; ut Amo te; ut optime de me meritum; vel ut pote uirum integerrimum. At;ut qui;& ut pote qui;uel ut pote cum: habent proprium uerbum; & subiunctiuū admittunt. Vereor; ut pater rescifcat; Vereor ne pater rescifcat;Vereor;ut ne pater rescifcat;& Vereor ne non pater rescifcat; dicimus in eodem significato;licet diuersus etiam intellectus quandoque appareat.

Quasi;Ceu;Tamquam; Perinde acsi; Haud secus acsi;ubi proprium habent uerbum;subiunctiuo adhærent; ut quasi non norimus nos inter nos.

Aliàs;Quasi;Ceu; & Tamquam copulant similes ca-

In his non ponitur quaſi.
Suet.tamen in Cal. dixit.
Hora quaſi tertia.
Teren.quaſi talenta quindecim coegi.
Cice.ex his quaſi de cẽ fiſcos ad ſenatorẽ illum relictos eſſe.ra ra tamen hæc ſunt.

caſus;ut Noui hominem ceu;uel tanquam te. Aridet mihi quaſi amico. Dicit autem quaſi; ſimilitudinem; unde Hora fere tertia dicimus. Et; Hoc mihi dolet;nos penè ſero ſciſſe: & prope ſcio quid quid ſit. Hæc enim rem non plane perfectam demonſtrant; ut etiam propemodum.

Quoad; pro quamdiu;& quouſque indicatiuis; & ſubiunctiuis gaudet;pro donec ſubiunctiuo;ut dabo operam; ut omnia ſeruem; quoad huc exercitus mittatis. Etiam; & Sic; affirmatiuæ reſponſioni conueniunt; unde Interroganti. uidiſtin me hodie? reſpondebis;etiam;uel ſic; uel ut Nicobolus Plautinus; & Simo Terentianus: ita. uel per idem uerbum: ut uidiſtin? uidi.

Etiam nunc: & Etiam num: temporis eſt. Inepte uſque nunc. Mihi: etiamnum quid ſit negotij: falſus: incertuſq. ſum. Plaut. & ſic: Etiam tunc: uel etiam tum: pro uſque tunc: ut Narratq.: ut uirgo ab ſe integra etiam tum fiet. Quamquam: Et ſi: & tametſi: in principio ſtatim librorum: orationum: Epiſtolarum:& huiuſmodi adſciſcũt indicatiuum: at alibi etiam ſubiunctiuum.

Quamuis: & Licet ſubiunctiuum frequentius: & in eiuſmodi principiis raro. Etiãſi.cohæret utriſq. Vt: & cum: pro quamuis:gaudent ſubiunctiuo. Niſi principium ſententiæ indicatiuum deſiderat: aliàs etiam ſubiunctiuum.

Niſi ex verbi cõſtructione alios pro alio ponatur caſus.

Præterquam habet ſemper præcedentis uerbi caſum: ut Nemo id diceret præterquam tu. Nullius id intereſt: præterquã patris. Nulli id placuit præterquam tibi. Neminem timeo præterquam Brutum. A Nemine præterquam à Socrate didici. dicimus etiã omnia nobis ex uoto ſucceſſerunt:præterquam quod in itinere defunctam matrem audiuimus.

Quatinꝰ per,i,Feſto. Capro,& Acrone auctoribus: At Valla per,e,vult ſcribi contra Raudenſem.

Quando: quandoquidem: & quatinus: pro quoniam: poſcunt indicatiuum: & ſic Quippe cũ proprium

prium habent verbum, vt danda est huic venia, quippe ægrotat.

At si additur, qui admittit etiam subiunctiuum, vt Dāda est huic venia quippe qui ægrotauerit: & sic, vt qui, sed frequentius subiunctiuum.

Tum, & tum, cum verbis, similes modos, & eadē tempora copulant, cum casualibus, similes casus, & sic Cum, & Tum. Est tamen interdum temporū dissimilitudo, & modorum.

Qui, pro Quoniam, subiunctiuo gaudet, vt stultus es, qui huic credas.

Vt, coniunctionem verbis, & subiunctiuo quidem iungimus post Tantus talis, tam, adeo, tot, sic, ita, Item post, Facio, Fio, & composita, & Timeo Metuo, & Vereor: & post verba Rogandi, & Iubendi, vt Olympus tanta altitudine est, vt nubes transcēdat. Talis es, vt nemo tecum esse velit. Tot sunt, vt numerari nequeant. Adeò me ignauū putas, vt neque consuetudo admoneat? Ita me rogasti, vt inficiari nequeam. Quidquid id est, fac vt sciam. Non id effeci, vt tibi nocerem: uereor, ut his ipsis contentus sit: Iubeo, ut legas: Rogo, ut mi-hi parcas, & sic Confido, Sperò, Suspicor, & Omi-r fore, ut homines aliquando his delectentur, nonuit me, ut cauerem. Permisit, ut facerem. stulauit, ut mutuarem. Volo, ut narres, & sic de nilibus. At Gaudeo, Lætor, Gratulor, uoluptatē pio quod studeas, & Doleo, quod mœreas, dicius cum subiunctiuo. Quòd enim plerunque caus m dicit efficientem, & sic pro cur, & quamobrē. e miremini quòd ego potissimum surrexerim.

Dixit tamen Cicer. Cur numquam tam frequēs Senat⁹ fuit; quod vn⁹ aliquis tuā sententiā secutus sit, & Sappho. Ouid. Nō vt ames, oro, sed qd̄ amare finas. & de Trist. Delicias siqs, lasciuaque carmina quærit, Præmoneo numquam scripta, quod ista legat, & Tibul. Hanc Venus ex alto flētem sublimis olympo Spectat; & infidis, quod sit acerba monet. rara tamē hæc sunt.

Cum indicatiuo etiā ponuntur quandoq. gaudeo: & huiusmodi.

Hem modo irascentis ut nihil ne? Hē modo exclamantis, Hem serua, modo commiserescentis, ita ne Chrysis, Hem modo lætantis, Hem istuc uolueram modo dolentis, Hem biduum hic manendum, modo perturbati, Hem Simo: & ironice cum accusatiuo; Hem astutias, Hem uoluptatem: & respon-

dentis,Hem quid est?& pro ecce, Hem libero.
Hei,Væ,& Ha,dolentis interiectiones datiuo gaudent,licet etiam aliter quandoq; inueniantur.
Heu,accusatiuo. Heu me miserum. Heu stirpem inuisam: & nominatiuo. Heu pietas, Heu prisca fides: & uocatiuo, Heu noster laudo, Heu socij. dictum est etiam aliquando cum datiuo apud Plaut. Heu misero mihi. O, interiectio exclamantis admittit nominatiuum, & accusatiuũ. O Iupiter, O hominem impurum:dolentis, & lugẽtis uocatiuũ: O Misis,Misis: exultantis nominatiuum. O factũ bene Indignantis actũm, O scelestum hominem.
Pró indignantis, actõ, pro deum,atque hominum fidem: & nominatiuo, pro Iupiter inuocantis uocatiuo,pró sancte Iupiter,& sic excadescentis, & admirantis,ut pro Iupiter ibit hic. Pla. pro supreme Iupiter, herus meus hic est.

De Temporvm Formatione.

Præteritvm imperfectum indicatiui fit à secunda imperatiui addita,bam: In quarta coniugatione interponitur,e,ut Audi,audiebam,præterquam in eo, & eius cõpositis: in passiuis mutatur, bam, in bar. Præteritum plusquamperfectum fit à suo præterito perfecto mutata,i,finali in, e addita, ram, ut legi,legeram: in passiuis à participio mutuatur,& uerbo substantiuo.

De præterito perfecto & sub. paulo post prolixius per coniugationes: Imperatiuus.

Secunda persona singularis imperatiui uerbor in o,primæ,secundæ, & quartæ coniugationis formatur à secunda persona præsentis indicatiui a[...] cta,s,ut amas, Ama: In tertia uero coniugatio mutatur,i,in e,ut legis, lege. Tertia persona [...] prima indicatiui,o,in et in prima coniugatione,ut Amo, amet: sed in aliis coniugationibus mutatur in at,ut Doceo, doceat.
Prima pluralis fit à tertia singulari, t,in mus, ut Amet, amemus.
Secunda fit à secunda singulari addita, te, ut Ama ama-

amate, ſed in tertia coniugatione uertitur, e,in i, ut Lege, legite.

Tertia à Tertia ſingulari interpoſita, n,ut Amet, ament.

Futuri ſecunda,& Tertia ſingulares à ſecunda plurali ſui præſentis,e,in o,ut Amate, amato: Docete, doceto: Legite, legito.

De paſsiuis breuiter ſcito.

Prima plur.eſt ſimilis primæ plur.ſui præſentis,ut Amemus,Doceamus.Secunda fit à ſecunda ſui ſingularis,addita,te,ut Amato,amatote.

Tertia à tertia plurali præſentis indicatiui addita,o,ut Amant,amanto.

Omnes uoces actiuas in o;formare paſſiuum aſſumpto r,deſinentes uero in t,aſſumpta;ur. Terminātes in;m;mutato;m; in r; præter præterita perfecta; & ab eis formata; q̄ aſſumunt participium præteriti perfecti; cum uerbo ſubſtantiuo.

In paſſiuis, Secunda ſing. à ſecunda ſingulari imperatiui actiui,addita,re,ut Ama,amare;Doce,docere; Lege, legere.

Tertia ſimiliter à tertia actiua addita,ur,ut Amet, ametur.

Prima plur.ſimiliter à prima plur.ſui actiui,s,in r, ut Amemus,amemur.

Secunda ſimiliter à ſecunda plurali,te,in mini, ut Amate, amamini.

Hæc ſecunda ſimilis eſt ſemper ſecundæ plurali præſentis ſui indicatiui.

Tertia ſimiliter à tertia plura.addita,ur,ut Amét, amentur.

uturi ſecunda,& tertia ſingulares,ſimiliter à ſecunda ſingulari futuri ſui actiui addita, r,ut Ama, amator,& ſic tertia pluralis à tertia plurali acti ut Amantor.

ima plur.eſt ſimilis primæ plurali ſui præſentis, Amemur,Doceamur. Secunda à ſecunda plur. i præſentis,ni,in nor,ut Amamini , amaminor.

æteritum imperfectum optatiui, & ſubiunctiui ſecunda perſona præſentis imperatiui addita, ré, in uerbis in o,& regularibus,ut Ama, amarem; & inde paſſiuum mutato,m,in r,vt Amarem,amarer.

Excipio ſemp in his omnibus anomala; apocopata; & defectiua, non ſeruātia has normas.

Præteritum perfectum,& pluſquamperfectū à præterito perfecto indicatiui addita,ſ,& ſem,vt Amaui,amauiſſem:& itidem præteritum pluſquamper-

Optatiuus,& ſubiunctiuus.

fectum subiunctiui.

Futurum optatiui à tertia præsentis imperatiui, t, in m, vt Amet, amen. & huic simile est præsens subiunctiui, & inde passiuum, m, in r, vt Amer.

Infinitiuus. Infinitiui præsens à secunda persona imperatiui addita, re, vt Ama, amare, & inde passiuum, e in i, vt Amari, præter verba tertiæ coniugationis: in quibus fit à tertia singulari præsentis indicatiui passiuæ vocis abiecta, tur vt legitur, legi: & sic Sequitur sequi: Loquitur, loqui. Præteritum perfectum, & futurum subiunctiui à præterito perfecto indicatiui, mutato i, in erim, vel ero, excipe, quę in præteritis perfectis retinent litteraturam passiuorum, vt Soleo, Fido, Audeo, Gaudeo, Fio.

Hæc ita posita sũt ad faciliorem, & breuiorem formationem demonstrandam.

Vel mauis ab īperatiuo addita, ui.

De Præteritis, et Supinis primæ coniugationis.

PRÆTERITUM perfectum verborum primæ coniugationis fit à secunda persona singulari præsentis indicatiui abiecta, s, & addita, ui, syllaba, vt Amas, amaui. Excipiuntur hæc cum compositis, quæ auctore Prisc. antiquitus tertia declinatione solebant inflecti. Crepo, Cubo, Domo, Frico, Mico, Neco sine ferro, Nexo, Plico, Seco, Sono, Tono, Veto, quæ habẽt in vsu, Crepui, Cubui, Domui, Fricui, Micui, Necui, Nexui, Plicui, Secui, Sonui, Tonui, Vetui. Item Iuuo, iuui: Lauo, laui: cum compositis: & Do, dedi, Sto, steti: quę & in compositis geminantur, vt Circundo, circundedi: Venundo, venundedi: Pessundo, pessundedi: Sed tamen quod à se; & do; componi volunt; facit sedi: at composita à sto; mutant e; in i; vt Resto, restiti: Præsto, præstiti: Consto, cõstiti: Obsto, obstiti, &c. Plico tamen, & cui, facit, & aui; & sic Applico, Implico, Complico, & Explico: reliqua composita in aui, tantum. Mico, habet Emico, quod facit emicui, & Dimico, à quo dimicaui, licet Ouid. dimicui dixerit, & Sen. emicaturus.

Discrepo tñ habet discrepaui; apud Cic. 3. de Oratore.

Lectũ tamen est etiã Domaui; tonaui; necaui; sonaui; lauaui; necaui; iuuaui; plicaui; cubaui; restaui; accubaui; increpaui; & fricaui; à quo etiam fricatus, & fricatur[9], vt sonaturus, & sic eius composita. Legitur ẽt apud Cic. Applicaui: explicaui: implicaui: & inde supina in atum, vnde postea participia in tus, vt implicatus; Inde

SVPINA à præteritis perfectis in aui, fiunt mutata, vi in tum, vt Amaui, amatum: Poto, potatum habet & potum. Aestuo caret. A desinentibus in cui, syllabas, formantur, vi in tum, mutatis, vt Secui, sectum: Fricui, frictum: Necui, nectum. Plico tamen cui, habet plicitum, vnde composita habentia præteritum in cui, faciunt supinum in citum, vt Implicitum. At à præterito in aui, fit supinum in atum, & inde participia in rus. Mico, cui, est sine supino, & sic Emico. Quæ vero in præteritis non habent, c, ante vi, syllabas formant supinum mutatis, vi in itum: vt Domui, domitum: Sonui, sonitum: Vetui, vetitum: Tonui, tonitum. Nexui autem habet nexum: Iuuo, iutum: Lauo, lotum: lauatum, & lautum. Sto, statum. Composita vero in atum, faciunt, & in itum, vt Præstatum, & præstitum: Astatum, & astitum: in atum, tamen vsitatius, & inde participia in, tus, vt cóstaturus: Do, datum: & sic eius composita primæ coniugationis, vt pessundatum, circundatum, penultima breui, præter sedatum.

poturus, & potatur, licet potatum rarius sit. Aestuatus tamen vsus est Hierony. nõ tamẽ necturus, & fricturus. in vsu tamen est Fricaturus. & per fricatus, & defricat⁹; à supino in atum. Sonaturum tamẽ: & intonata; dixit Hor. Iuturus aũt nõ est in vsu. Sal. in Iug. vsus est iuuaturus.

IN hac coniugatione præterita in aui, pati possũt syncopen, tam in secunda persona sing. quam in secunda, & tertia plurali, vt amasti, amastis, amarunt. Excipe, à quibus præsens non superatur syllaba, vt Lauo, laui.

DE PRÆTERITIS, ET SVPINIS
Secundæ coniugationis.

DESINENTIA in Beo, Ceo, Meo, Neo, Peo, Reo, Seo, & Teo, formant præteritum perfectum mutatis eo, in syllabas, vt Habeo, bui, Excipe cum compositis Sorbeo, quod facit, sorbui, & sorpsi: Iubeo, iussi: Mulceo, mulsi: Luceo, luxi: Hæreo, hæsi: Neuo, neui: Maneo, mansi: Remaneo, remansi. Sed alia composita à Maneo, mutantia a, in i, vt Emineo, promineo, mittunt præteritum in vi syllabas, & carent supinis, cum illa habeant mã

Sorbo etiam dictum non nulli volunt, & inde sorpsi: sorptum. mulxi quoque à mulceo mulcti dicunt. Niteo; nitui; vnde Eniteo. enituit apud Gel. 12.

ium,& remanſum. Mœreo,per, œ diphthongum, caret præterito,& ſupino.

IN Deo, ſi habent,ante deo vocalem longam, vt Suadeo,Rideo,vel Ar,vt Ardeo vertũnt;deo, in ſi,vt Suaſi,Riſi,præter Strideo, ſtridi. Sin habent ante,deo,i,vel e,breuem,vt Video; conuertunt,eo in i,vt Vidi,Sedi. Si habent,au,diphthongum ; faciunt præteritum,vt paſsiua,vt Audeo,auſus ſum: Gaudeo,gauiſus ſum. Alia omnia formant præteritum verſis,eo in vi,ſyllabas,vt Candeo,dui:Studeo,dui: Madeo,dui:Sordeo,dui: præter Prandeo, prandi,& pranſus ſum. & Tondeo, Mordeo, Pendeo,ac Spondeo,quæ prima geminata faciunt Totondi,Momordi,Pependi,Spopondi, licet compoſita non geminent primam; vt Detondi, Demordi, Dependi,Reſpondi, Nideo, & Renideo carent præterito,& ſupino,Nidui enim non eſt in vſu.

IN Geo,l vel,r præcedente, formant præteritũ, Geo,verſa in ſi,vt Algeo,alſi: Vrgeo,vrſi. Mulgeo tamen mulxi (vt volunt) ſed potius mulſi. Præcedente autem vocali natura longa, vertitur geo in xi,vt Lugeo,luxi: Frigeo, frixi: Augeo, xi Alia omnia mutatis,eo in vi, ſyllabis,faciunt pr teritum,vt Egeo,egui: Rigeo,rigui: Vigeo, vig

Cio, cies: habet ciui, & citum penultima b ui, & ſic eius compoſita.

Quieui eſt à Quieo verbo antiquo,pro quo n Quieſco vtimur.

IN Leo,altera antecedente cõſonante in ead ſyllaba,vt Fleo,Impleo,formant præteritum in vi,ſyllabam,vt Fleui,& ſic Oleo,& eius comp ſita;vt Oleui,Redoleui,Exoleui, Obſoleui, Aboleui, & ſic Deleo, à Leo antiquo verbo compoſitũ facit deleui, ut Releui à Releo quod in aliis téporibus non eſt in uſu. Alia omnia mutant, eo in ui, ſyllabas,ut Doleo,lui: Palleo,lui: Sileo,lui: Occalleo,llui: præter Soleo, quod habet ſolitus ſum,

&

Tetendi; & Memordi dixeř ueteres; more Græcorum; auct. Gel.Quin etiã morſi;& detotondi;à detondeo dictum eſt.

Prandidiſti uſus eſt in penulo; Plautus; & Manil.5.

Reſpondere penulti ma breui uſus eſt; cũ ſit longa; ſed à reſpõdo forſam.

Virg.

Quod ſurgente die mulſere ; horisque diurnis.

Non deſunt qui frigui à frigeo uelint. At Cic.dixit; Scaurus refrixerat 3.Epi. & Teren. refrixerit res; in ſimplici tamẽ utrunque rarũ apud ſcriptores.

Compleo; cõpleui; Suppleo;ſuppleui.

Lectũ eſt etiã Olui; redolui;adolui;abolui; obſolui. Solui uſus eſt Salu.ut præcepit Varro. 2.

Foueo; foui. Caueo; caui; Ferueo; ferui; &c.

Ouid.6.Met.

& Polleo, quod cum compositis dicitur carere prę terito.

IN Veo, vertunt, ueo in ui, syllabam, ut Moueo; moui: Conniueo tamen dicitur habere conniui; & connixi: Torqueo torsi: & sic cõposita, Abstorqueo, Contorqueo; &c. At liqueo, licui: unde Deliqueo, delicui: Langueo, langui: Relangueo, relangui: per, ui syllabas.

SVPINA à præteritis in ui, syllabãm formãtur ui in tum; ut Moui; motum: aboleui; aboletum; & abolitum. Adoleui autem adultum habet; faui; fautum: Caui; cautum: Calueo; Paueo; Conniueo; & Ferueo; carent supinis. A præteritis in ui; syllabas fiunt supina abiecta; u; & addita; tum; ut Habui; habitum; composita tamen à Taceo supinũ non habent in usu. Doceo uero facit doctum; Teneo; tentum: Pateo; passum: Censeo; censum: Humeo; humectum: vnde frequentatiuum Humecto, tas, Misceo, mistum: Torreo, tostum: & sic eorum composita. Soleo, solitum habet, & inde Solitus, non tamen soliturus. Madeo, Caleo, Iaceo, Horreo, Timeo, Areo, Macreo, Albeo, Pingueo, Polleo, Palleo, Nigreo, Stupeo, Egeo, Indigeo, Tumeo, Calleo, Niteo, Rubeo, Liceo, pro appretiari, Liqueo, Candeo, Surdeo, Sordeo, Splendeo, Frandeo, Frõdeo, Rigeo, Vigeo, Langueo, Coaleo, Sileo, Vileo, Tabeo, Habeo, Aegreo, Marceo, Flaceo, Caneo, Veneo, Seneo, Floreo, Clareo. Scateo, Deliteo, Studeo, Vireo, cum compositis carẽt supinis, & sic nunc Arceo, licet eius composita retineant supinum, vt coerceo, coercitum. A præteritis in si, conuersa, i, in vm, formabis supinum, vt Iussi, iussum: Mulsi, mulsum, & mulctum à mulxi. Torqueo, torsi, torsum, & tortum: & sic composita, Indulgeo, indulsi, indulsum: at indultum vsitatius. Sorbeo, sorpsi, sorptum. Vigeo, Fulgeo, Turgeo, Algeo, & Tergeo carent supinis. A præteritis

Deliuit; stagnumq́. suo de nomine fecit.
Censitum etiam legitur; sed à cẽsio (ut uolunt) quartæ cõiugationis.

Ouid. tamẽ dixit calituras; & Stat. Iacituræ.

Pareo inter hæc non posui; quia habet paritum; & pariturus; quo usus est Iusti. & sic composita; Appareo; Compareo.

Plinius.
Vernatio utilis erit; si postquã sorpta fuerit; statim reiectio sequatur.

Verbale tamẽ habet sorbitio; a sorbitum; Pers. Sorbitio tollit; quem d.s.

A conniueo connitũ ponit Prisci. prãdeo; di, pransum.

in xi, mutata xi, in ctum, vt auxi, auctum. Lugeo, Frigeo, Conniueo, & Luceo cum compositis carẽt supinis, nisi dicas Polluceo, habere polluctum. A præteritis indiuersa, di in sum, vt vidi visum. Sedeo tamen habet sessum gemino, ss, & sic eius composita, vt possedi, possessum. Mordeo, Tondeo, Pẽdeo, & Spondeo, cum compositis formant supinũ, mutatis deo, in sum, vt morsum, tonsum, pensum, & sponsum. Strideo caret supino.

De Praeteritis, et Supinis tertiæ coniugationis.

B. enim ante s, ĩ principio syllabæ non inuenitur; vt Priscia. lib. 10.

D. Hyeronim⁹ vsus est lambui à lambo: licet alii lãbi dixerĩt: vt poscit regula.

Desinentia in Bo, vocali longa præcedenti formant præteritum mutata bo, in psi, vt Scribo, scripsi; & inde supinum, si, in tum, vt scriptum, Glubo tamen facit glubi glubitum, & sic De glubo, compositum. Alia vero mutant, o in i, vt Bibo, bibi: & supinum addita, tum, vt bibitum. Scabo, & Lambo cum compositis non habent supinũ. Composita tertiæ coniugationis à Cubo, bas, mutant, o in vi, syllabas; abiecto, m, vt Incumbo, incubui, Concumbo, concubui, & inde supinum abiecta u, & addita, tum; vt concubitum, &c.

Percrebesco; percrebui.

Calesco olĩ à Calesco fuisse testatur ex Varrone Marcellus.

Dedisco, dedidici.

Noscitũ; olim fuisse ostendunt; noscito; frequẽtatiuũ; Nosciturus; & Ignosciturus ab Ignosco. Sal. men vsus est Agnoturum.

In Co, præeunte, n, vt Vinco, abiecta, n, & mutata o, in i, faciunt præteritum, vt vici, penultim longa. At præcedente; s, mutatur sco; in ui; sylla bam; vt Pasco; paui. Excipe meditatiua; quæ v carent præteritis; vel sumunt à suis primitiuis; Calesco; calui; quod formatione est à Caleo. Ite Conquinisco; conquexi. Compesco; compescu Dispesco; scui; & Posco; poposci. Disco; didici cu compositis; quæ etiam seruant geminationem; v Deposco; depoposci. Vocali autem longa natura antecedente; vt Duco conuersa; co; in xi; ut duxi Ico vero cuius penultima dicitur cõmunis; habe ici. Parco facit peperci; & parsi. Glisco non habe (vt dicunt) nunc in vsu præteritum; sed olim ha buit glisci.

Qv

QVÆ in pręteritis faciunt in ci,mutata i,in tũ, formant ſupinũ,ut uici,uictum,quæ uero in vi,ſyllabam,verſa,vi,in tum,vt noui, notum compoſita Cognoſco,& Agnoſco,mutant,o,in i,vt cognitum,agnitum. Paſco,paui,facit paſtum.Gliſco, Conquiniſco,Compeſco,Diſpeſco,Poſco,Diſco, cum compoſitis, Meditatiuaq. omnia carent ſupinis. A præteritis in xi, fit ſupinum, xi in ctum, vt duxi,ductum. Parco, parſi habet parſum.

IN Do,vocali natura longa præcedente vertunt, do in ſi;vt Trudo,truſi,Cedo tamen facit ceſsi, geminato, ſſ; & ſic compoſita, vt Accedo, acceſsi. Cædo vero facit cæcidi, penultima longa: at eius cõpoſita Concido,Recido,Occido,Incido, nõ ſeruant geminationem, vt concidi, Rudo facit rudi, & Strido,ſtridi,Fiſo;fiſus ſum. Cudo; cudi;& cuſi. Pedo;pepedi.at compoſita non germinãtur;vt Oppedo;oppedi. Sido;unde Subſido;Inſido;& ſimilia penultima lõga:caret ptõ, capit tamẽ ſedi à ſedeo. Edo pro publico facit edidi;Credo,credidi,Prodo: prodidi; Trado,tradidi:Reddo,reddidi: Perdo,perdidi. Nam cõpoſita à Do;tertiæ coniugationis mittunt præteritũ in di,geminatũ. Vocali autẽ breui præcedente conuertunt o;in i;vt Edo,edi:Comedo,comedi.Cado tamẽ facit cecidi;penultima breui. Vnde cõpoſita,Occido; Incido; Decido; Excido, Cõcido,& huiuſmodi,penultima correpta;ſeruant regulã;quoniam uerſa o,in i,formãt præteritum,ut concidi,Diuido tamen facit diuiſi. Præcedente etiã;n;mutant o,in i,ut Deſcendo; deſcẽdi. Excipiũtur Findo;Fũdo;& Scindo;quæ abiecta;n; faciunt fidi;fudi;ſcidi;& ſic Tũdo,tutudi; prima tamẽ geminata.Pendo etiã;& Tẽdo prima geminata uertunt o;in i: ſed retinent n: ut Tetendi: pependi: ſed compoſita: ut ſtupendo: Rependo: Extendo: non ſeruant geminationem: ut extendi. Hæc quoq; cõpoſita à do: retinẽt n,ſed ultima geminãtur,

Apul. Diſciturus, & Cic. ab Ignoſco dixit ignoturus. ignotum.n. eſt ſupinum. Parcitum etiam, & parcitis legitur apud Plinium, & Solinũ: & poſcitum;a poſco.

Vado non habet in vſu vaſi;licet compoſita habeant pręteritum:vt Euado,euaſi. Fidi dixere veteres à fido.

Strideo;des; etiã dictum ſecundæ, unde Strat. Stridebit; dixit; & Luca.6.Strideat. Edo pro extra; do; ſeu publico, p æ, diphthõgũ ſcribi voluit Sypontinus.

Deſcendi etiam lectum eſt:Et ſiſi à ſindo; Sciſcidi, à ſcido: & Tuſi;à tungo dixere veteres.

Diomedes dat Tundo,tunſi etiam; & inde ſupinũ tunſum.

tur, vt Condo, condidi: Abſcondo, abſcondidi.

SVPINA à compoſitis, do, das, fiunt mutata o, in i, & addita tum, vt Edo, editum: Credo, creditum: Condo, conditum: Abſcondo, abſcōdit m. Alia mutata, do, in ſum formant ſupinum, vt Rado, raſum: Luſo, luſum: Tundo, tunſum, & tuſum, vnde compoſita ſine n, ſemper, vt Contundo, contuſum. Fundo etiam facit fuſum. ſine, n, & per ſimplex, ſ. At Findo, Scindo, & Pando, faciunt fiſſum, ſciſſum, & paſſum, per geminatum, ſſ, & ſic Cedo, ceſſiſſe, ceſſum, cum compoſitis. Tendo, tenſum, & tentum habet, & ſic eius compoſita, Intendo, Oſtendo, Extendo. At Sido, Rudo, Strido, & Pedo, carent ſupinis. Scando habet nunc raro in vſu, ſupinum, ſcanſum: licet Aſcendo, Inſcendo, & Deſcendo compoſita habeant, aſcenſum, inſcenſum, & deſcenſum.

IN Go, præcedente r, vertunt, go in ſi, vt Mergo, merſi: & ſic Vergo, verſi: cum compoſitis habere debuit, auctore Priſciano, licet Diomedes verxi, per x, voluerit, neutrum tamen eſt in vſu. Pergo, Surgo, habent perrexi, & ſurrexi, vt compoſi[ta] à Rego. Cetera mutant go, in xi, vt Rego, re[xi]: Cingo, cinxi: Frigo, frixi: Figo, fixi: & ſic Vn[go] vel Vnguo, vnxi. Nam deſinentia etiam in g[uo] ſyllabam, ſeruant hanc regulam, vt Extinguo, [ex]tinxi. Porrigo tamen, & Arrigo, recepto, e, fac[iunt] porrexi, & Arrexi, & ſic corrigo, correxi. Am[bigo] non habet (vt aiunt) in vſu prӕteritum. Tang[o fa]cit tetigi, ſed compoſita non geminantur, vt A[tting]go, Attigi. Pungo habet pupugi, & punxi, ſed [Ex]pungo facit expunxi, & ſic Compungo, & Diſpu[n]go: at Repungo, repupugi, & repunxi, ſignificatione tamen diuerſa: Pango etiam facit pepigi, pro paciſcor: & panxi pro cano, & ſcribo: ac pegi, pro coniungo, & figo, vnde compoſita Impingo, & Suppingo faciunt impegi, & ſuppegi. Excipiuntur etiam Fran-

Aſcondi quoque dictũ eſt. Sic auct. Priſ. Cudo, cuſum. Compoſita à Cado, habent ſupinum in aſum, unde incaſurũ apud Plin. lib. 2. Claudo, clausũ; Excludo, excluſum. Vt accedo, recedo, diſcedo, cōcedo, ſuccedo, decedo, &c. Peditum tamen à pedo; uſus eſt Catull[9].

Sugo; ſuxi, & ſic Exugo; uxi. At Exurgeo; ges; ét dictum eſt. 2. & Plaut. in Ep. Ego me uertam in hirundinem; atq. corũ exugebo ſanguinem. Qm̃ à Rego ſũt licet ĩ pſenti mutẽt e; in i. Ambigo; ambiguĩ facit; ut uolunt quidã; ut alii Ambegi. Pago etiã dictum aſſerunt unde in 12. tab. Pagunt legitur: & inde præteritum pepigi; auct. Quintil. Sic abigo; egi; Adigo; egi; Exigo; egi.

Frango, Ago, & Lego, quæ faciunt fregi, egi, legi: & sic eorum composita, vt Effregi, Perfregi, Degi, Coegi, Redegi, Subegi, Sategi, Relegi, Perlegi, &c. Ex quibus tamen excipias, Intelligo, Negligo, Diligo, quæ habent intellexi, neglexi, dilexi.

SVPINA ab his quæ habent præteritum in si, formantur si, conuersa in sum, vt mersi, mersum. Alia non habentia, an, vel in ante, go, conuertunt go in ctum, vt Rego, rectum: Vngo, vnctum: Pungo, punctum: Expungo, expunctum: Lego, lectum: Ago, actum: Figo tamen habet fixum. Porrigo autem, & cetera composita à Rego mutantia e, in i, breue, formant supinum recepto, e, vt porrectum, atrectum correctum, & sic Pergo, perrectum: & Surgo, surrectum. Abigo autem, & alia composita ab Ago, habentia, i, loco, a, commutant i, in a, vt abactum, adactum, redactum, exactũ. Quę habent, an, vel in, ante go, abiiciunt, n, vt Pingo, pictum: Frango, fractum: Pango, pactum: Tango, tactum. Quorum composita quia habent i, loco, a, recipiunt, a, vt Defringo, defractum, Impingo, impactum: Contingo, contactum. Excipiuntur tamen Plango, Tingo, Cingo, Stringo, cum compositis, quæ seruant, n, vt Panctum, Tinctum, Cinctum, Extinctum. Dego, Ango, Ambigo, Satago, Vergo, Lingo, & Sugo cum compositis amisere supina.

Intellego dixere ueteres per e; in penultima syllaba.

Frigo apud Hyeron. & Celsum habet frixum. Plaut. tamẽ in Pen. dixit frictas nuces; & in Bacch. frictus Cicer.

Prisci. dicit à Vergo fieri uersũ in supino.

Lin ctum legit apud Celsum; & Sugiturus; apud Augustinũ; & habemus; Suctus; tus; tui; nomen.

IN Ho, mutant, ho in xi, vt Traho, traxi: & inde supinum, xi in ctum, vt tractum: Veho, vexi, vectum.

IN Cio, præcedente, a, abiecto, o, & mutata in antepenultima, a in e, formant præteritum, vt Facio, feci: & sic composita seruantia, a, vt Tepefacio, tepefeci: Verum mutantia, a in i, vt Perficio, Deficio, vertunt, i in e, vt perfeci, defeci: sic Iacio, ieci: at composita Abiicio, Coniicio, Proii-

Hæc ab Icio componi non nulli asserũt; & per simplicẽ; i; scribi; abicio;

Lectum est etiam Allicuit, & Pellicuit, nec desunt q velint à Lacio, fieri etiã lacui, & ab Elicio, elexi, & inde supinum Electum: & frequentatiuum Electo.

Proiicio, Iniicio, Traiicio, Reiicio, Adiicio, Subiicio, Eiicio, Deiicio, & eiusmodi, eodem modo i, in e, verso faciunt præteritum, abieci, conieci, &c. Composita à Specio verbo antiquo in xi, faciunt, recepto e, loco i, vt Aspicio, aspexi: Respicio, respexi: Despicio, despexi; & sic à Lacio, vt Allicio, allexi; Pellicio, pellexi. Elicio tamen facit elicui, & Icio, ici.

SVPINA ab iis, quæ habent a, ante, cio, fiũt, mutata, io in tũ, vt Facio, factũ. Iacio, iactũ. Quę vero habent i, ante cio, & præteritum in ci, formãt supinum à præterito, conuerso i, in tum, vt Perfeci, perfectum, Abieci; abiectum. At habentia in pręterito x, mutata xi in ctum formant supinum. vt conspexi, conspectum. Elicio, elicui: habet ęlicitum.

Diome. meii fuisse; olim à meio scribit. Fugitum tamen rarũ esse volunt multi.

IN Dio, remota o, formant præteritum, vt Fodio, fodi, & inde supinum fossum gemino ss.

IN Eio, reperitur Meio, quod nunc habet minxi, & Permeio compositum, perminxi, & supina mictum, & permictum.

IN Gio, remota o, vt Fugio, fugi, & addita tum fit supinum fugitum.

Recipio, recepi. Decipio; decepi. Concipio, concepi &c. Arripio, pui. Eripio, pui: Sapitum à sapiui volũt esse iuxta quartam coniugationem, & habere penultimã longam. At à sapui, fieri sapitum, penultima breui: & sic Resipio, pui, resipitum; & Desipui; desipitũ.

IN Pio, præcedentente, ca, verso a, in e, longum & abiecto o, formant præteritum, vt Capio, cepi. At eius cõposita, quod habent i, breue; loco, a, mutant similiter i, in e, longum vt Suscipio, suscepi. Sin ante pio habẽt, u, vt Cupio, vel a, sine, c, vt Sapio, vertunt o, in vi, syllabam, ut Cupiui, Sapiui, licet etiam cupij, sapij, & sapui dicatur, vnde Desipio, facit desipui, cum Resipio faciat resipiui, resipij, & resipui. Item Rapio, rapui: facit cum cõpositis, vt Corripio, corripui. Surripio, surripui, &c.

A nullo tamen est in vsu participium futuri in, rus.

SVPINVM à præteritis in pi, fit, mutata i, in tũ, ut receptũ. At Capio, cepi, seruata a, facit captũ. A præteritis in ui, syllabã, mutata, ui in tũ, ut Cupiui, cupitũ. Sapiui, sapitum. Rapio facit raptũ; sed cõposita faciunt in eptum, ut arreptum, surreptũ.

IN

IN Rio, est Pario, quod facit peperi, partum, & olim fuit quartæ coniugationis, vnde Aperio, & Reperio composita declinantur iuxta quartam declinationem, habet tamen participium pariturus à supino paritum Furio, caret præterito, & supino.

IN Tio, faciunt in, si, gemino; ss, vt Quatio, quassi, quassum, Concutio, concussi, concussum, &c.

IN Lo, mutāt, lo, in, lui, vt Colo, colui, Molo, molui; Excipe Psallo, psalli, Sallo, salli, Percello, perculi, & perculsi, Excello, exculi, & excellui, Vello, velli, & vulsi; & sic composita. Fallo, fefelli, Tollo, tetuli, pro quo nunc sustuli dicimus, Pello, pepuli, quæ tamen in compositione non geminantur, vt Refello, refelli, Extollo, extuli. Attollo, attuli, Contollo, contuli, eadem enim habēt præterita, quæ à compositis à Fero, nunc sunt in vsu, Repello, repuli. Compello, compuli. Expello, expuli. Impello, impuli, &c.

QVÆ habēt, l, geminatū; lo, in sum, formant supinū, vt Fallo, Falsum, Sallo, salsū. Excello, excelsum. At Percello, perculsum, vt Pello, pulsū, & sic cōposita. Compello, cōpulsum. Vello, vulsū, præterito, vulsi. Psallo, Refello, & Tollo, carent supinis. Colo, Cōsulo, & Occulo, faciūt cultū, cōsultū, & occultū, Recolo, & Accolo carēt sup. Alo habet altum, & alitum, non tamen alturus, Molo, molitum, & multum, si Priscianum audimus.

IN Mo, vocali longa præcedēti, vt promo, Demo mutant, o, in psi, vt prompsi, & inde supinum, si; tum, vt promptum. Alia conuertunt o, in vi, syllabas, vt Vomo, vomui, & hinc supinum, abiecto, i, & addita tum, vt vomitum, Tremo autem caret supinis. Excipiuntur tamen Premo, quod facit pre ssi, cum compositis, vt Reprimo, repressi, Opprimo, oppressi, a quibus supinum fit mutata si, in sum, vt pressum, repressum. Excipitur etiā cū suis cōpositis breuibus. Emo, qđ habet emi, & i; in ptū, emptum,

Vnde ennius dixit una parire solent. Et olim paritū habuit. Dictū est ēt Furio: as: p cū furore concito. Hor. quæ solet matres furiare equorū. Excelleo ēt reperitur secundæ coniugationis; & inde, excellui, Luc. 4. vulserat herbas. & 5. auulsit laceros. & 6. primęuo corpore vulsi: Gel. 5. stirpem hærentē reuulsi. Valla etiam id docet: licet Adrianus aliter notauerit.

Lucil. 4.
Sallere murenas. & frigidiaria ferre.
Repello, repulsum: Expello, expulsum.
Molitum est in vsu.
Suntus; Dentus: & Contus: participia à Sumo; Demo. & Como, sine, p, scribi voluit Bap. Egnatius; & bene alij iudicent.
Gemo: gemui: Fremo; fremui: Tremo, tremui.
Sic etiam Cōprimo; Supprimo: Exprimo: Imprimo.
Geno ēt antiquitus dictum est pro gemo

emptum,& ſic Coemi,coemptum,Redemi, redemptum,Interemi,interemptum,Diremi, diremptũ: Peremi,peremptum:&c.

Poſiui quoque dixere veteres,& occini, precini,ſuccini,quin Salu. dixit occanui; Siui etiam dictũ eſt. Quintil. Mariti tui cruore parieté liniſti quin ét liui habuit.

Cretum tamẽ in ſimplici nõ eſt in vſu,licet à Decerno ſit de creturus participiũ. Sterno apud Prope. & Catull. habet etiã ſternui.

Hier. dixit caniturí. Sculpo ponit Phoc, licet neget Diom.

Coco etiam dictum aſſerunt.

Tibul. tamen dixit, Aut operi aſſuetas at teruiſſe manus.

IN No,anteceſtente,g,vt Gigno,vel,o,vt Pono, faciunt in ui,ſyllabas,vt Genui,Poſui, & ſic cõpoſita à Cano, vt Occino, occinui: Succino,nui: Præcino,nui; licet Cano faciat cecini. Sin præceſſerit,m,vt Temno,mutant,no, in pſi, vt Tempſi. Cetera vero in vi, ſyllabam, vt Sino, ſiui: At Lino, lini; & leui, vnde Sublino, ſubleui: Oblino, obleui:Relino,releui. Cerno facit creui;& ſic eius compoſita, vt Decerno,decreui, tranſpoſitis litteris vnde cretum, & decretum, vt etiam ſperno, ſpreui,ſpretum. At ſterno cum compoſitis habet, ſtraui,ſtratum. Cano, licet habeat ſupinum, cantum, non habet tamen in vſu canturus. Compoſita vertunt a,in e,vt Occentum,Succentum,Lino, litum:vnde Oblino,oblitum: Sublino, ſublitum.

IN Po,l,vel r, precedente, vel e, longa, mutant o,in ſi,vt Carpo,carpſi,Sculpo, ſculpſi, Clepo, clepſi,Repo,repſi, Scalpo, ſcalpſi; & ſic compoſita vt Excerpo, excerpſi. Inſculpo, inſculpſi; & inde ſupinum ſi in tum, Excerptum, Inſculptum. Sin præit, e breuis, vertitur o, in vi, ſyllabas, Strepo,pui; & ſic compoſita Inſtrepo; pui. Ab h[...] fiet ſupinum detracta u;& addita, tum, vt Strep[...]tum. Si autem præcedit m, vt rumpo,ea ſubtrac[...] & o, in i, verſo fit præteritum, vt rupi & ſupinu[...] poſtea i,mutata in tum,vt ruptum.

IN Quo,mutata quo,in xi,vt Coquo,coxi: & [...] compoſita. Decoquo,decoxi,& xi,in ctum, d[...]coctum. Linquo tamen facit liqui, quod in vſu n[...] habet ſupinum,licet à compoſitis in vſu ſit,vt Relinquo, reliqui, relictum, & hinc participium futuri relicturus.

IN Ro,faciunt per vi ſyllabã,vt Tero,triui:Contero,contriui: Quæro,quæſiui: Sero, pro Semi

no

no, seui: & sic Insero de arboribus, & Cósero pro Semino, & Planto. Item obsero pro Circunsero, seu Circundo, & Assero, pro Planto: vel prope fero, faciunt inseui, obseui, conseui, asseui. At Sero, pro ordino: facit serui per, vi syllabas, & sic Insero, rui: pro immitto, & intexo; & similiter Consero rui, pro coniungere, & immiscere. Assero, asserui pro Affirmo, & defendo, vel libero: & itidem Desero: rui, Edissero, rui. Exero, rui, & similia. Vro, & Gero cum compositis per geminum, ss, faciunt, gessi, & vssi, & sic composita combussi: inussi, digessi, suggessi. Verro facit verri, & versi, & sic composita. Curro habet cucurri; sed composita deponunt geminationem præter Decurro, Excurro; & Precurro, quæ decurri, & decucurri, & excurri, & excucurri, præcurri, & præcucurri faciunt.

SVPINVM à præteritis in vi, syllabam mutata vi, in tum, fit, vt triui, tritum, quæsiui quæsitũ. Seui tamen facit satum, licet composita in itum, desinant; vt Insitum, consitum. A præteritis in vi syllabas, fit, vi in tum, vt serui sertum. A præteritis in si, mutata si, in tum, vt gessi, gestum: At Ver[illegible], & curro compositis, mutata ro, in sum, vt ver[illegible], cursum, decursum.

[illegible]N So, mutant o, in i, & accipiunt vi, vt Lacesso; lacessiui, Accerso, accersiui, Capesso, capessiui, [illegible]apessi, at Facesso, facessi, Incesso, incessi, Vi[illegible], visi cum compositis, vt ex Carisio, & Diome[illegible] multi docent. Pinso habet pinsui. Quæso caret, [illegible]buisse tamen olim quæsiui, & quæsi multi as[illegible]runt.

Conuerritũ vsus est Apuleius

Lacessi ẽt auct. Capr. Facessetis vsus é Cic. in Verrem, & pro Roscio capessiui. Facessitũ vsus est Cic. in Verrem. Verũ facessum etiam, & capessũ fieri aiũt, & sic Visum, à viso: In usu nũc tamen nulla sũt.

SVPINVM à præterito in vi, syllabam formatur, mutata, vi in tum, vt Lacessitum, Capessitum, & sic etiam Facessitum, licet præteritum habet in vsu facessi, viso caret, pinso habet pistum, & apud Columellam etiam pinsitum.

IN

Legitur etiã nexui, a necto; vnde Innecto, Innexui, & sic ét à Pecto, pexui, & pectiui, & Plecto, xui.
Aduerto, ti. Conuerto, ti.
Aduersũ, Cõuersũ.

IN To, præcedente e, faciunt in xi, vt Plecto, plexi: Necto, nexi: & i, in vm, fit supinum, nexum, plexum. At, e, breui antecedente habentur duo cũ compositis, quorum alterum est Peto, quod facit petiui, & petij, petitum, & Meto, messui, messum, sunt idem duo, in quibus præit r, Sterto, & Verto cum compositis, sed illud facit stertui, caretq. supino, & sic Desterto, destertui. Alterum vero facit verti, vnde Reuerto, reuerti: Inuerto, inuerti: & similia, à quibus supinum fit, ti in sum, vt Versum, & Inuersum, Mitto, quod vnum est gemino, tt, cum compositis facit misi, & i, in sum, missum, & sic Remitto, remisi, remissum, & ita de ceteris. Sisto vbi est actiuum, & significat firmare facio, habet stiti, si Gellio credimus: Vbi vero est neutrũ, sumit sibi steti à sto. At composita mutant e, in i, vt Resisto, restiti: Consisto, constiti: Persisto, perstiti: vti Resto, Consto, Persto, sed supinis caret, sicut Existo, extiti.

Prisc. negat à Sisto fieri, sed carere dicit præterito in hac significatione.
Terra sistere petita Ouid. 3. Meta. dixit.
Imbuo, buo. Suo, sui.
Arguo, gui. Ruo, rui,

IN Vo syllabas, mutant o, in i, vt Acuo, acui: demuntur cum compositis Struo, struxi, Fluo, fluxi, & Pluo, pluui, & plui licet in primis, & secundis personis non sit in vsu, In vo, syllabam præce[dente] l, mutant uo, in vi, syllabam, vt Soluo, sol[ui]: Voluo, volui: Caluo, calui: & sic composita, V[iuo] cum compositis facit vixi.

SVPINVM à preteritis in vi, syllabas, fit i, v[er]sa in tum, vt Acui, acutum: Imbui, Imbutum: [Ar]gui, argutum; licet imbuturus, & arguturus in v[su] non sint. Ruo habet rutum, sed vsitatius ruitu[m], vnde ruiturus, & inde Eruo, erutum, & eruitu[m], quibus eruturus, & eruiturus. Alia tamen compo[si]ta à Ruo, faciunt in vtum, vt Obruo, obrutum, Diruo, dirutum. A præteritis in xi, fit xi, in ctum, vt Structum, Victum, Fluo tamen fluxi habet fluxum. A præteritis in vi, syllabam fit i; mutata in tum, vt Solui, solutum. Inuolui, inuolutũ. Caluo in

Arguitur apud Sal. legi scribit Prisc.
Fluctum, & flucturus dixer veteres à Fluo.
Abnutur, dixit Sal. Caper, Annuitus, Claud.
Luiturus: & Plaut. consputus.

in vsu non habet supinum, sicuti Eluo, Alluo, & Colluo cōposita à lauo, & sic Annuo, Innuo, Renuo, Abnuo, Cluo, Spuo, Respuo, Metuo, Ingruo, Congruo, Batuo, & Luo, cum compositis. Diluo tamen, & Polluo quædicuntur composita à Luo habent supina dilutū, & pollutum.

IN Xo, duo sunt cum compositis, Texo, quod facit texui, textum, & Nexo, nexui, nexum, & sic composita, Detexo, detexui, detextum.

De Præteritis, et Svpinis quartæ coniugationis.

ACtiva, & Neutra, omnia quartæ coniugationis, habēt primam præsentis indicatiui in io, exceptis, Eo, Queo, & Væneo, cum cōpositis: præter Ambio.

Væneo, & quæ ab eo fiunt per æ, diphthōgum notari scribit Apul. Gramma.

IN Cio, simplicia, & duas syllabas excedentia, & n, ante cio, habentia, faciunt præteritum, cio, in xi, conuersis, vt Vincio, vinxi: Sancio, sanxi, quod veteres sanciui, & sancij dixere, supinū formant, xi, in ctum, vt vinctum, sanctum, & sancitū, à sanciui. Si non præcesserit n, mutant, cio, in si, t Raucio, rausi: Sarcio, sarsi: Fulcio, fulsi, Farcio, rsi, cuius composita vertunt a, in e, vt Refercio, ferfi Et inde supinum si, in tum, si præit l, uel vt fultum, sartum, refertum: aliàs in sum, vt rau m. Amicio autem facit amicui, amictū. Accius iam amixit protulit, & amiciui quoque inuenim asserunt, vt habere Grocio, Glocio, & Fero dictitant, ac Procio.

Sic cōposita, vt Deuincio. deuinxi.

Fulxi non nulli dixere à fulcio caussa dif ferētiæ, quòd fulgeo etiā faciat fulsi, alij fulciui. At Ouid. De ianira ait, Hercule supposita sydera fulsit Atlas.

ALia abiecta s, finali secundæ personæ præsentis indicatiui, & addita ui, syllaba formāt præteritum, vt Eo, is, iui: Cio, cis, ciui: Scio, scis, sciui: Væneo, nis væniui: Insanio, insanis, insaniui, quæ etiam subtracta u, consonante, per duplex ij, efferuntur, vt Audij. Et ab iis supinum formato ui, in tum ut auditum: præter Væneo, cui datur vænū, licet

Sic composita vt trāseo, abeo, rescio, &c. Insaniturus tamē nō dicitur, licet ab insanio fiat insanitum. Sedulius à Væneo

dixit vænitus.
Hauriui, & haurii ab haurio etiã dictũ est.
Aperio, aperiui olim teste Phoca.
In hac significatiõe, Salij sæpe, at saliui raro, vel numquam.
Salio per simplex l, cõtra non nullos scri bi debere, ꝓbat Tib. dicens, Farre pio placét, & saliente sale: & Hor. 3. Saliẽte mica: & Cor. Seuerus, Distractos, atq. salitos in quibus omnibus prima breuiat.

licet inde nullum fiat participium: & Sepelio, sepultum: Singultio, singultum. Excipiuntur ab hac regula cum cõpositis suis, Haurio, hausi: haustum, & hausum: Sepio, sepsi, septum: Sentio, sensi, sensum. Venio, veni, ventum. Cambio, campsi, campsum. Aperio, aperui, apertum. Cooperio, cooperui, coopertum. Ac Reperio, reperi, repertum. Comperio, comperi. Compertum. Item Salio, quod pro saltum facio habet saliui, salij, & salui per ui, syllabas, supinum, saltum. Composita autem mutant a, in i, breue, vt Insilio, desilio, quæ faciunt insilui, & desilui, & supinum insultum, & desultum, vnde frequentatiua Insulto, & Desulto, vsurpantur. Cum vero est sale condio, facit saliui, & salij, & supinum, salitum, vnde salitus, & saliturus. Desideratiua in rio, præter nupturio, esurio, & parturio præteritis carere, & supinis dicuntur. Ferio mutuatur percussi, & percussum à Percutio.

Verba Defectiva.

AIO ais, ait, & aiunt cum toto preterito imperfecto. Inuenies tamen quandoque dictũ etiã in aliis vocibus, modis, & temporibus vt est: Aies, aiat, & aite apud Cic. & Catul. & in Topicis participium aientibus.
Aduesperascit, Diescit, Lucescit: & Noctescit.
Aue, auete, aueto, auere.
Apage, & apagite.
Ausim, ausis, ausit, & ausint, in subiunctiuo.
Cedo & Cedite.
Daris, & Faris carent prima persona, at faris etiam participio futuri deficit ex vsu.
Faxo faxis, faxit, faximus, faxitis, faxint, & faxim, sed illud futurum indicatiui: Hoc vero, optatiui, & præsens subiunctiui.

Faximus tamẽ, & faxitis rara sunt.

Forem, fores, foret, & forent, pro essem, & sic composita, Afforem, Conforem, & Deforem, & futuro

futuro infinitiui fore.
Infit, pro inquit, & sic Defit, pro Deest.
Inquio, & Inquam, inquis, inquit, inquiunt: inquiebat, inquisti, inquies, inquiet: inque. Inquies. Prisc. dicit inquam esse futurum.
Ouat, & Ouans, ouarent vsus est Valer. Max. & sic alias etiam non nullas voces inuenies.
Odi, Cœpi, & Memini habent præteritum perfectum, & quæ ab eo formantur. Memini etiam futurum imperatiui, memento, & mementote.
Quæso, & Quæsimus per i, (si Politiano, & Aldo credimus) quod quęsere Ennius dixerit.
Refert, & Interest, pro vtile est, seu pertinet, in vsu frequenti tertias tantum personas singulares habent in omnibus temporibus.
Salue, saluete, salueto, saluere, & saluebis, quo vsus est Cic. ad Atticum.
Soleo caret futuro indicatiui, gerundiis, & participio præsentis, & futuri.
Volo caret imperatiuo, gerundiis, & supinis, & sic malo. Quod etiam deficit participiis. Nolo autem habet nolens, & imperatiuo, noli, nolito, nolite, & nolitote, caret tamen etiam ipsum gerundiis, & supinis. Hæc satis sunt.

Inquibat in Topicis. Inquiebat i Lucullo.

Cœpio, pis, olim dictum est.

Hæc vna voce, præsentis, & preteriti in significationē habēt, & sic quādoque Noui, liceat habeat nosco.

Apud Ciceron. Phil. 6. legitur Malet, in futuro.

De Orthographia breve Compendium, ex Prisciano Gr. Lat. prin.

M, scribito ante b, m, p, vt Ambulo, Ammonius. Amplector, N, vero ante c, d, f, g, q, s, t, x, i, & u, cōsonantes, vt Nuncubi, Tantundem, Anfractus, Angulus, Anquiro, Anser, Anxur, Coniicio, Con uoluo. Q, poscit post se duas vocales, vt Equus, Equa, Qui, Quæ, Quod, prior tamen euanescit. Et non patitur libenter ante se, d, ideoque dicimus, Quicquid, & Acquiro. Vna & eadem conso-

Idem seruatur apud Græcos, ante β, μ, π. Volater. docet 347. quamque scribi per m, ante q.

Licet vnū quidq. dicat vt supra dixim⁹.

nans geminari non debet sequente alia consonante, nisi sit muta ante liquidam l, vel r, vt Affluo, Aggredior, Suffragor. Antiqui præpositionem in compositione fere semper integram retinebāt, verum posteriores, cum modo eam retinuerint, modo immutarint, & sæpe subtraxerint, seu diminuerint, effecerunt non paruam in scribendo varietatem, & ideo de his singillatim dicā quam breuissime potero. Ab, Sub, & Ob, compositæ cum dictionibus incipientibus à,c,f,g,m,p,r, mutant b,in eandem litteram, vt Occurro, Succurro, Officio, Sufficio, Suggero, Surripio, Arripio, Ommutesco, Summitto, Oppono, Suppono, & cetera. In multis tamen hæc regula non seruatur, quo euitetur dubietas, vt est in Aufugio, Aufero, in quibus b,vertitur in u,& Asporto vbi b, mutatur in s, & Abrogo, Abrado, Abrogo, Abgrego,& similibus, quæ seruant integram præpositionem, nam si diceres Affero, Affugio, Arrado, Aggrego, Apporto, dubitari posses composita ne essent, cum ad, vel cum ab. Absuit etiam retinet b. Inuenies tamen in antiquis codicibus sæpe per simplex, f, sine b. In quibusdam omittitur, vel differentiæ caussa, vel metri necessitate ut Omitto, Operio, & eius passiuum, Operior. In plerisque retinetur caussa malæ consonantiæ ut Obruo, Obrepo, Obrogo, Obripio, & similibus. In non nullis interponitur, s, ut Obscurus ab ob, & cura: Obscœnus, ab ob, & cœnum. In aliquibus præualet consuetudo, quæ aliquando facilius usitata admittit, quam bene dicta. Cum aliis seruantur integræ,ut Abnuo,Obnubo,Obsigno,Obuallo,Obtrecto,Abdo,Subdo,&c.

Ad, composita cum incipientibus à c,f,g,l,n,p,r,s,t, mutata a, in eandem litteram;ut Accurro,Afferro,Aggero,Alludo,Annuntio,Appello, Arrideo Assurgo,Attollo;uerū cū Pario abiicit d,ut Apio.

Arripio etiam ab ad, compositū uideri potest,& ideo multi,Abripio, scribere malunt.

In his ēt seruatur,B, Obcalleo, obcæco, obgannio, Obrigeo, Obrupeo, obrutanea,Subcallid⁹,Sub cerniculū,Subcollare,Subcineriti⁹,Sub mordeo, Subministro, Submisceo, & quæ ab his dducunt. Opperior enim depo nens duplici, p, scribuntur.

Obscenū quidā quasi ob scenā dictum uolunt;alii ab oscii,alii aliter.

Cũ incipiẽtibus à gn,ſp,ſc,ſimiliter amittit,d, ut Agnoſco,Aſpicio, Aſcẽdo: & ſic ſi dictio inceperit ab ſ,ſequente poſt ſ,altera cõſonãte,ut Aſto,Aſcribo, Aſtruo:Adsũ ſeruat.Priſcianus,& alij nõ nulli dicũt d,mutari in ſ, ut Aſsũ: ſequẽte,q,uertitur in c,ut Acquiro,cũ reliquis ſeruat̃ integra.Am. cõpoſita cũ incipientibus à c,f,g,n,q,ſ,t, i,& u,cõſonãtibus,mutat m, in ñ, ꝙ hæ cõſonãtes nõ recipiũt, m,ante ſe.In Ambulo Ambages,Ambio,Ambeſus, & hõſdi euphoniæ can interponi b,aſſerũt. Cõ,& in cõpoſitæ cũ incipientibus ab l,m,r, mutãt,n,in eandẽ litterã,vt illitteratus,Immitto,Irruo,Colludo,Cõmitto,Corruo. Sin dictio incœperit à p, uel b,tunc,n,vertitur in m,vt Impius,cõputo,Imbibo,Cõburo.Cũ aliis,In remanet integra.Sed cũ incipiẽtib⁹ à vocali,amittit,n ut Cohortor,Cohęreo,Coinquo,Coeo: excipit̃ Comedo,vbi n,vertit̃ in m,& ſic Comes,& comitor,vt multi volũt. Itẽ ignobilis:Ignobilitas:Ignar⁹:Ignoſco:Ignoro: cognoſco:& q̃ ab his d̃ducũtur ĩ qb⁹ n:vertit̃ in g. Circum,ſi componitur à vocali incipiente ſeruatur integra,vt Circum eo,licet non efferatur integra.At ſi dictio incœperit à conſonante attẽditur conſonantium vis,de quibus in principio dixim⁹. Di,& Dis in cõpoſitione variãt, qm̃ Dis cõponit̃ cũ incipiẽtibus a,c,f,g,p,q,ſ,t,& i,cõſonãte,vt Diſcerno,Diffundo ĩ quo,ſ,vertit̃ in f,qđ fit in omnibus ab f,incipiẽtibus,Diſgrego,Diſpono,Diſquiro,Diſſuo,Diſtraho,& difũgo.Di aũt cõponitur: & cũ aliis,& cũ i,cõſonãte,& g;vt Diduco,Diluo, Dinumero,Diruo,Diuerto,Diiudico,Digladior. Ex,cũ incipiẽtib⁹ ab,ſ,ſi cõponit̃, abiicit,ſ,vt Exãguis,exulo,exurgo,qm̃ ſ,nõ recipit geminationẽ cõſonãte altera,vel p̃cedẽte,vel ſubſequẽte.Habet aũt x,vim,cs,vel gs: Cũ incipiẽtib⁹ aũt à c,p,q,t, remanet integra,vt Excurro, Expello, Exquiro, Extẽdo:Cũ incipientib⁹ ab f,format̃ x,in f, vt Effugio;

In Agnoſco, uolunt multi d,uerti in g,ut in Agnomen Agnominatio & agnati. Nam Adſto, Adſcribo, Adſtruo; antiqua ſunt.

Aliqui dicũt Cognoſco;Ignoſco:& Ignoro, fieri abiecta, n,à gnoſco,& gnoro,uerbis antiquis; unde Gnarus militiæ; dictũ eſt & Ignarus.

Dimminuo per duplex,m,a dis: at Diminuo p̃ ſimplex m, à di, dici aſſerunt. Antiqua ſũt,& dura; Exſcribo,exſeco,exſicco, exſudo, exſulo; & exſul quæ ponit Scaurus.

At expecto,vt ex nõnullis ſcribit Fabius;

fugio,Effero:Cum incipientibus à b,d,g,l,m,n,r, i,& u,consonantibus , non componitur nisi abiiciat,x,præter exlex,& eiuro, vt Exiurasti mihi te dixisse per iocum,apud Plaut.

potest retinere, s,differentiæ caussa.

Exfio pro purgo;unde exfitus dictum est apud ueteres.

Per,& Inter, sequente,l,vertunt , quandoq. r,in l,vt Intelligo,Pelluceo, Pelliceo: interdum retinent,vt Perlego, Interluo.

Pro , ante vocalem admittit , d, vt Prodeo , Prodigo.

Re,etiam ante vocalem recipit, d, ne fiat hiatus , vt Redimo,Redintegro, Redeo,in reddo,duplicatur,d,causa differentiæ.

Trans cum incipientibus ab,s, abiicit,s, finalem, vt Transumo,transcendo: verum cum incipientibus à d, n, & i, consonante,amittit,ns, vt Traduco,Traiicio,Trano.

Veteres tamen teste Donato , Transdere dixerunt, quod nos tradere lenius dicimus,ut cõtra sonantius dicimus translatum , qđ illi tralatũ.

Nouem sunt litteræ, quæ euphoniæ caussa interponuntur nonnumquam,cum vocabuli uis,& natura id nequaquam exigat,b,c,d,l,p,r,s,t,u, consonans,vt Ambio,Sicubi,prodest,Obliquus,Emptum,Dirimo,Identidem,bouis.H uocalibus præponitur,ut Habeo,Hæreo, Hieronymus, Homo, Humus: Consonantibus uero postponitur , nec omnibus quidem , sed quattuor tantum,c,p,t,r, Chremes, Philippus, Thraso, Pyrrhus, ah, uah, oh, interiectiones,in aspirationem desinũt,quod facta est apocope ab Aha , uaha , oho , quibus usi sunt antiqui.

De dividendis Syllabis, ex Quintil.Prisc.& Georg. Val.

INSPICIENDVM est primum , simplex ne sit dictio,an composita. Nam in simplicibus consona sequenti Syllabæ assignatur , si inueniatur dictio quæ ab illis simul positis consonantibus incipiat, ut Amnis,omnis m,dabitur secundæ,quod dicitur Mnestheus.Aptus,ptus erunt simul,quòd dicitur Ptolemæus , & sic in scripsi, psi , erunt simul,

mul, quod psalmus dicitur. Monstrans, strans erit finalis syllaba; quia dicitur stratum, & itidem in Noster, ster erit secunda, quia sterno dicitur; & sic in istic, istac, istuc, istinc quam ob caussam hæc aduerbia non habent aspirationem, uocalis enim aspiratione notanda debet in syllaba esse principalis, auctore Prisc. ut Abhic, Inhumatus, Anhelo, Inhibeo, Prohibeo, Adhuc, & huiusmodi, in quibus consona iungitur uocali præcedenti, ubi syllabæ diuiduntur. Sin autem consonãtes simul esse nnn poterunt, tunc diuidantur; ut Artus, ille; Classis. ar, il, cras, sunt primæ syllabæ.

Istic: istac: isti c: istuc cur sine aspiratione.

In compositis uero animaduertenda est compositio, & unicuique suum est reddendum; unde Haruspex; quoniam à spectando dicitur; spex erit ultima syllaba; in Abstemius autem erit prima Abs; quod compositum sit ab Abs. Obnuo; Abrado; Ablatus; & huiusmodi composita ab ob; & ab; habent in prima syllaba integrã præpositionem; & Hinc discas; cur huiusmodi uoces non habent primam communem; & si post natura breuem muta; & liquida sit: Opus est enim; ut post uocalem natura breuem muta; & liquida sequẽtes; sint eiusdem syllabæ; auctore Prisciano; & Geor. Valla.

Syllaba breuis quomodo communis fit muta; & liquida.

De Latinis Accentibus; ex Quintil. Capel. Do. Diome. & Prisc. Compendiolum utilissimum.

Accentus; qui Toni; seu Tenores uocantur; sunt tres.

Acutus; qui syllabam acuens; seu eleuans à sinistra in dextram sic ascendit, ʹ

Grauis; qui syllabam deponens à sinistra in dextram descendit sic, ˋ

Circumflexus; qui ex acuto; & graui constat; & ele-

Hinc Arsim, & Thesim discernas, quæ in pronunciatione consistunt.

Arsis enim vocẽ eleuat, quod uel acuto;

vel circumflexo fit. Thesis vero deprimit vocem; qđ grauitono efficit;& sioquantum per Arsim eleuatur tantũ per Thesim deprimitur.
Apud græcos vltimũ quoque locum tenẽt acut⁹ & circũflexus.
Adscitum in postremis quandoque syllabis notari voluit grauem pro acuto.
Interrogatione mutari et accentũ dicũt: quod vltima acuit.
Grauem in monosyllabis signari nũquã aiunt; nisi differẽtiæ caussa ĩ Qui.pro acuto vbi in cõtextu orationis ponitur relatiue.& sic in suis obliquis: nam Interrogatiue; & Infinite circũflectitur:Quis etiã & quot infinite posita grauari asserũt; ꝙ Interrogatiue acuantur. Prisc.lib.13.qui grauari etiam sic:vbi est aduerb.iur.ait.
Colligit ex his oib⁹. Circumflexum poni semper super syllabam longam:

eleuat;& tardat syllabam: ideoq. arcu;quasi molioris pronuntiationis notula; signatur sic,˜
Principales tamen Toni sunt Acutus, & Circumflexus.
Acutus apud Latinos tenet tantummodo penultimum; uel antepenultimum locum; præterquam in non nullis; in quibus ultima acuitur syllaba; uel differentiæ; uel ambiguitatis discernẽdæ caussa; aut (ut uolunt) necessitatis; de quibus in fine.
Circumflexus in Latinis solum possidet penultimum; preter quædam;in quibus similiter discretionis caussa; vel concisionis, vltima flectitur, vt patebit inferius. Grauis nõ signatur,sed intelligit in iis syllabis,quæ nullo alio tono inscribũtur;ut Sergi⁹;qm̃,gius,graues sũt,nullis ĩsignitæ tonis.
Nulla dictio insigniri debet duobus tonis principalibus naturaliter, verũ si ex enclitica dictione alter accesserit tonus, si pronuntietur dictio, vt suauiori sono natiuum, & tractu suo accessorium siignemus;vt Sergiusq́. dominusq́..
Monosyllabæ correptam vocalem habentes,acuũtur; ut fel, q́., etiam si natura breuem positiõne longauerint, vt fáx,píx,dúx,níx. Quæ vero natura producuntur,signatur circumflexo,vt ros,dos, spes,sol,mons,lex,rex,pax,pro,interiectio.
Disyllabæ priorem natura longantes, & posteriorem breuiantes,circumflectum priorem, ut Luna Roma nominatiui casus. Alias acuunt, ut puer, cumæ, ásper roma ablatiui casus.
Trisyllabæ, tetrasyllabæ, & deinceps habentes penultimam natura longã,& vltimam breuẹm flectunt penultimam, ut Iacobus, Paracletus, Idolum,Romanus. Illius,ipsius,Vnius, & cetera. At penultimam positione producentes,acuunt penultimam,vt Metéllus,Marcéllus,Catúllus,nisi fuerit positio ex muta,& liquida post uocalem natura breuẽ: tunc enim transfertur tonus in antepenultimam

nultimam in pedestri oratione, ut látebra, volúcris. Habentes autem ultimam, & penultimam lõgas; vel natura; uel positione, penultimam acuũt, vt Athénæ, fenéstræ; tabéllis, Romano, præponunt: dummodo eiusmodi positio penultimę syllabæ non sit ex muta, & liquida post vocalem natura correptam, ut látebræ vólucres: trãsit enim etiam in his accentus in antepenultima in prosa. Si vero vltima, penultima, & antepenultima longæ fuerint; penultima acuitur, ut Románi, Legáti. Sin penultima correpta fuerit, qualescunq. sint vltima, & antepenultima; acuto tono antepenultima signabitur, ut Sérgius, Virgilius, Antonius, præferunt, domino. Antonio, & illius, ipsius, vni⁹, quandoque in carmine pronuntiantur.

VOCATIVI in i, à nominatiuis propriorũ nominũ in ius, vt Virgili, Mercuri, acuũt penultimã, vt multi volunt, qđ concisi sint à Vergilie & Mercurie vocatiuis antiquis; & ideo eundẽ debẽt accentũ in eadẽ syllaba retinere: uerum Nigidius Gellianus acui uoluit in his antepenultimam ut Váleri, Mércuri, quod in corripientibus penultimam fortasse non est absonum, sed Antoni penultimam acuet, & sic omnia penultimã producẽtia.

ENCLITICÆ dictiones habentur apud Latinos, q. ue, ne quarum tonus in præcedẽtis dictionis finem reflectitur, ut Sergiusq.; ubi tamẽ compositiuę dictioni iunguntur, accẽtus obseruatur, ut integra dictione, ut itaq. utiq., deniq., undiq., Vbiq.: Hæc tamen, utraq., & pleraq. etiã in nominatiuo, & accusatiuo habent accentũ in penultima auct. Prisc. lib. 5. cap. de Fig.

IN compositis dictionibus nõ aliter seruatur accentus, ac in una parte orationis, ut maléſanus, intereáloci, háctenus, quátenus, nihilomin⁹; quomodo, insuper, interea, postea, uerũtamen, ádmodum, propemodũ, & huiusmodi, in quibus accẽtus seruatur

Acutum uero modo super longam; modo super breuẽ; & ideo nõ recte dixere illi; qui acutum productum; vocari tonum; grauem vero breuẽ scripserunt.

Quiesco; si Gellio credimus 6.15. e correpto profertur. qđ tamẽ non seruatur. In carmine enim sæpe penultimã acuũt; vt uolucres. & sic uolucris.

Vt Arpinas; Mæcenas.

Addit ex Festo Lãc. ce; & pte. ut huiusce; & suopte.

Necessitate.

Hæc enim penultimam corripiunt; ubi quę uero producit.

Omnes; sic sentiũt

seruatur iuxta ultimæ; & penultimæ quantitatem; ut Latini accentus ratio exposcit.

Composita tamen à facio seruantia a, propriũ accentum secundę partis (si Prisciano credimus) seruant in secunda, & tertia persona præsentis indicatiui, vt Calefácis, tepefácis, floccifácis, &c. penultima acuta, & si breuis sit, ad molliorem sonum.

Prisc. lib. 8. pag. 97. vbi composita etiam à fio dicit in secunda & tertia persona finalẽ acuere, vt calefis, tepefis. Itẽ exam. 6. Prisc. lib. 15.

PONVNTVR præterea ab ipso Prisciano, sub inde, proinde, perinde, siquando, néquando, hucusque, deinceps, dumtaxat, quápropter, álonge, délonge enimuero, & aliquando, cum antepenultima acuta, & sic à Seruio, éxinde, & à Gellio ex Anniano poeta. Exáduersum, quòd scilicet singulæ sunt partes orationis. Inuenies tamen innumerabilia, quæ sic composita in præpositione non retinent accentum; vt Appríme, adpótus, subáctus prodúco, exóro; & similia, quæ penultimam producunt, & in penultima accentum seruant iuxta regulam Latini accentus, quæ si etiam in illis seruaretur, & mollior, & suauior esset pronunciatio, latinoq. candore dignior: verum hæc peritioribus diiudicanda relinquimus.

Affatim etiam dicũt cum accentu in ante penultima, reperitur tamẽ hoc media ambigua.]

PRÆPOSITIONES per se acuuntur in fine, auctore Prisciano, sed suis casibus præpositæ graui tono sic pronuntiantur, vt sub vno accentu cum casu enũtietur, & tamquam in vna voce, vna tantum syllaba accentuetur, vt abóris, circum líttora.

Non ignoro id fieri sæpe apud græcos ét in simplicibus, sed diuersa est latinorum ratio. Et Diomedes ait præpositiões aliis partibus iunctas sequi naturam illarũ, & graui nõ acuto tono pnũciari, & Quintil. scribit, Duabus lõgis sequentib⁹ primã acui noster sermo nõ patitur, quod in multis ex his fieret, vt deinceps, dumtaxat.

MONOSYLLABÆ autem suis casibus post positæ acuuntur, vt Transtrapér, Disyllabæ vero penultima acuta efferuntur, vt Tepénes: quod in vtrisque seruatur, vbi præpositio pro voce sumpta, nominis officio fungitur, vt si diceres, Penes, quæ pars est? Ad seruit accusatiuo casui. Differentiæ tamen caussa doctore Prisciano, pręposítio postposita quando que acuitur in fine, vt maria

ria omnia circũm. Quin etiam grauatur omnibus syllabis (eodem docente) præpositio postposita si genitiuus sequitur redditus suprapositο casuali, vt Virtutem propter ducis, aut sit in medio eorumdem casuum sibi respondẽtium, vt Te proptér eundem. Hæc autem præpositio, Cum, veluti dictio Enlitica cum his ablatiuis nobis, & vobis, remittit accentum suum in vltimam syllabam præcedentis dictionis, vt nobiscum, vobiscum.

ne accusatiuus à ntõ circus videatur.

Pomp.

Quando pro qm̃ grauitona, aduerbiũ tẽporis acutisona.

Differentia,

VNá, poné, putá, pęné, feré, plané, eó, alió, illó, siquó, nequó, eá, siquá, nequá, aliquá, forté, porró, palám, sedulό, falsó, profectó, aduerbia, in fine acui aiunt, ne verba, vel nomina, seu pronomini esse putentur, uel participia. Et sic, hic, istic, illuc, istuc, illic, istic, illac, istac, in fine accentuantur. Aliás etiam, & Ergó pro caussa ratione distinctionis vltimam circumflectunt.

Hæc dicunt in contextu orationis graui tono signari, quo dulcius sonent.

Prisc, lib. 4.

ARPINAS, Larinas, Aquinas, Mecœnas, Rauennas, cuias; nostras; uestras; ultimam circũflectunt; quod olim Arpinatis; Mecœnatis; cuiatis; vestratis; &c. nominatiuum habebant. Seruatur enim accentus in eadem vocali; in qua fuit ante concisionem; & sic multi uolunt; fumat; pro fumauit; cupit; pro cupiuit; audit; pro audiuit; Leas etiam; & Menas nomina propria in fine circũflectuntur; ne accusatiui plurales putentur.

Sic, Crotonias, Põtias, Ardeas, Ferentinas, Capenas, Fulginas, &c.

Sic deduc. pro deduce, & similia, quæ syncopantur.

INTERICTIONES; Peregrinæ dictiones; & Barbara nomina nullos habent certus accẽtus; si Diomedem; Donatum; & Prisciamũ admittimus.

GRÆCA græcis accentibus melius proferuntur. Quæ autem fuerint latinæ declinata; recte latinis accentibus efferentur; unde Seruius primo Aenei. Simois acuta penultima proferendum ait; quòd integrum ad nos transit: nam si Latinum esset; in antepenultima acueretur.

Philosophia, theologia, prosodia, & similia, quę adhuc latino tono leuigata non sunt, recte acuta penultima proferũtur, iuxta græcum tonũ, doctore Prisci. & sic Maria nomen ꝑpriũ licet penultima breuietur.

EIVSDEM

EIVSDEM CHRISTOPHORI SAXI PERVSINI,

Scansio facilis, & breuissima ad adolescentulorum cõmoda nunc addita.

Pes n. ex una syllaba non fit; Ad; ab; breues.
De; primę: longæ.
Propino prima communi.



CANSIO in metris est legitima versus ĩ singulos suos pedes distinctio. Pes vero est duarũ, aut plurium syllabarum comprehensio: Quarum alia breuis, vnius est temporis: Alia longa, duorum: Alia communis; modo duorum; modo vnius.

In Iesus; Iason. Sapetus; Iacobus; Ioãnes; i; est vocalis.
In his tamen compositis Biiugus; Triiugus. & quadriiugus inuenitur simplex.
Vt Tib. 4.
Quam nudasse alicui sit mihi fama magis.

I; & V, in syllabarum principio vocali altera sequente; cum qua syllabam faciant, consonantes sunt: vt Vates, voluo, vultus, Ianus, Iecur, veiouis; &c.

I, consonans inter duas vocales, duplex habetur, vt Aio, Reieci, &c.

Hui, & Hei interiectiones, sunt Monosyllabę, sic Cui; & Huic: in quibus i, dicitur esse consonans; vt in compositis Alicui, & vnicuique: licet legantur aliquando bissyllabæ.

Dij, ij, iis, iidem, iisdem, contrahunt per synęresin duo, ij, in vnum longum: & Itidem facere sæpius solent genitiui in duo ij desinentes, ut Capitolij; Patauij. In dehinc, dein, deinde, deinceps, proin, proinde, deest, deerat; & similibus: fieri etiam contractio duarum vocalium in vnam longam solet sæpissime, & sic in deorsum, seorsum, vehemens, præeo, præhendo, & huiusmodi; & sic

in

in genitiuis in ei, vt Orphei, & datiuis, accusatiuisque fit à Poetis sæpenumero; à nominatiuis in eus, per eu diphthongum venientibus: Thesea, Nereo, Tereo ut dissilabis vtentibus. Quin etiam in possessiuis in eus, id facere vates quandoque ausi sunt. Aurea, ferrei, Aerei, ut duarum syllabarum dictionibus vtentes facta contractione; quam etiam in aliis multis factam inuenies: ut in Alueo, Aeripidem, Phaeton, Eadem, & similibus. In Quoad, prout, & Cooperio duæ vocales coeunt sæpe in vnam breuem: In semihomo, semianimus, semiustus, semiarmis i, eliditur.

Dipthongi quandoque diuiduntur, ut Aenea, coepit, prima breui, & altera longa. Gaudet, uero, & Clauso ambabus breuibus: In Oeta autem utraque longa utitur in Tragœdiis Seneca.

V, post g, & q, cum altera uocali in eadem syllaba, nec uocalis habetur, nec consonans, ut lingua, & Aqua post s, uero sequente a, uel e, consonans interdum fit, ut suauis, suadeo, suetus. quod in Maluisti quoque, sinuare, sinuatus, Tenuis, Tenuia, factum leges non numquam.

Quin contra ex consonante in uocalem per dieresim commutatum reperies. ut, Sylua, soluit, Voluo trium syllabarum, & persoluenda quinque ut apud Terentium Inuidia. Et Plautus iam in duas diuisit syllabas.

S, finalem ueteres sæpe abiiciebant remanente uocali præcedente correpta. ut Arboribus ueteres decidere falcibus ramos: & Inter se coniisse uiros & decernere ferro: ubi uocalis etiam præcedens post abiectum s, eliditur per synalepham. H, uim nullam habet in carmina.

L, M, N, R, dicuntur liquidæ: quod si post uocalē natura breuem subiunctæ fuerint mutæ in eadem syllaba; sæpissime liquescant. X; & Z; sunt duplices.

In Bucc. Orphei Calliopea li no; f, ap. Sic Aureis. Vt Aluearia; eosdē. Duodecies; duellica. Aeta; Aeethias; luctuosus; Theodosi⁹; &c.

In Troade. Quæ sub oeiæ latebrosa syluis. Versus est Saphicus.

Hęc nō sunt imitāda.

Ter. in And. 5. i.

Pl. Prol. asinariæ.

Virg. 9. Et pręceps animi Tynarus; & Mauortius Hœmon.

Vt Atlas. Tecmessa. Cycn⁹. Ichneumon. Procnessus. Tenebræ.

SI Dictio Terminauerit in vocalem,& sequẽs, a vocali incœperit: finalem elidimus Vocalem,etiam si diphthongus fuerit. vt ille ego. Vmbræ altorum nemorum. O tamen aduerbium,& Heu interiectio sequente vocali, non solent perimi. Vt Heu vbi pacta fides: O, vtinam, Te Corydon, o, Alexi, vbi, o, modo breuis est, modo longa remanet. Ah, etiam, & Oh, ac Vah: quæ longæ sunt, sequente vocali non abiiciuntur. M, quoque finalis cum vocali sua per ecclypsim aufertur, si sequens incœperit, a vocali vt multum ille. Quæ duæ figuræ admittuntur quoque non numquam in fine versus: cum prima sequentis versus dictio, a, vocali incipiens superfluam præcedentis versus syllabam finalem vocalis, aut M. Terminatam, absumit: vt Ecce furens animis animis aderat Tyrinthius omnemq. Accessum lustrans: & in Georg. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem, Aut foliis, &c. Qui vocantur Versus hypermetri quod superabundans Syllaba ab altera per dictas figuras absumatur.

Hæc tñ regula qñq. nõ seruat, vt Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertę in Georg. & Aene. Insulæ Ionio in magno. Hebęu tñ dici vult Seru, vbi geminatur. Hęc ẽt qñque respuitur, vt apud Enniũ. Insignita forent, tũ milia militum octo, apud Lucre. quãtum corporum in plumbo est, tantundem põdere par est: sed hæc nunc obsoleta sunt. Vsus est Hora. Synalepha in fine saphici cũ adonio sed aliter. Nam finalis absumit primã seqñtis versus. Non probante Vxorius amnis. Od. 2.

Addere voluit Quintianus nonum: lege si placet, apud ipsum Epog. 2. Licet Ouid. dixerit: Lõgior antiquis visa mæothis aquis, & Lucre. 4. ꝑpter enimq̃ ꝙ morbi est: quũ corpus ægrotat. notanda enim hęc sunt, nõ imitanda.

De prima Syllaba.

PRimam Syllabam octo modis nosci posse dicunt. Diphthongo, vocali ante alteram: Præpositione, Regula, Positione, Deriuatione, Compositione, & Exemplo. Dipthongus omnis producitur: Præ tamen in compositione sequente vocali sæpe corripitur: vt præacutus, præesse, præire, præustus. Vocalis ante alteram in latinis dictionibus breuiatur, præterquam in Fio: & eius vocibus, vnde abest, r, vt Fiebam, Fiam. Quod seruatur etiam in compositis Defio, Confio, & Defioculus. In nominatiuo quoque trisyllabo Caius, & uocatiuo bisyllabo

labo Cai. Longari, ca, leges apud Martialem. In græcis autem plurima producuntur, vt Aer, Chius, ia, ium, Dius, dia, dium, Diogenes, Eous, Iapetus, Lais, Laertes, Laocoon, Nais, Pierides, Rhea sacerdos, Stoicus, Thais, Taygetus, Troas, Troilus, Zoilus, & alia permulta apud Poetas obseruanda. Diana, Io, pro Inachi filia, Noe, & Ohe ambigua esse dicuntur: & sic Vaha, & Aha, quæ in Ah, & Vah longa contrahuntur præpositiones. A, de, se, & Di, longæ sunt, & sic composite: præterquam in Dirimo, & sequente vocali. Præ composita cum dictione, a vocali incipiente, variatur. alias longa semper.

Ab, ad, In, ob, & Sub, breuiantur, & itidem composita, a Re, præpositione, nisi fiat positio, nam tunc producuntur. Pro longatur tam simplex, quam composita, vt prodo. Excipe procio, peto, vnde procus nomen, & proco verbum, procello, procella, profano, profanus, profugo, as, profugus, profugio, gis, profugium, profani, profectò, profestus, profiteor, proficiscor, profundus, pronepos, propago de homine, & proteruus cum aliis suis vocibus, & iis, in quibus equitur vocalis, vt proauus, prohibeo, & compositis à pro græca pro ante: vt prolepsis, prologus, Prometheus, propheta, propyleum, propolis, & huiusmodi quæ breuiantur. At procuro, profundo, dis, propello, propino, & propago verbum variantur.

REGVLA: quia omnia præterita perfecta bisyllaba longantur, vt Legi, & quę ab illis fiunt, vt legeram legissem, legero &c. Excipiuntur Bibi, Dedi, Fidi, scidi, steti, tuli, & quæ habent vocalem ante vocalem, vt Fui, Rui, quę breuiantur. Præterita etiam primam geminantia corripiuntur: ut Cucurri, Momordi: Aliorum

Cũ i Suffio, & Infio, vt aiũt corripiatur.

Rhea enim Saturni vxor corripitur.

Se, & Di in cõpositione tantũ sunt in vsu.

Disertus est, a, Dissero altero, s, omisso: & eo non est hic excipiendum.

Licet Enn. dixerit: Dũ pector dehortar.

Nã refert a, re ablto cõpositum lõgatur.

In Recido, Repello, & similibus duplicatur consonãs, quãdo longantur.

Probatus est, a, probo, & non a pro præpositione, & eo inter hæc non ponitur.

Apud Iuuenalẽ processura legitur: non professura, ut voluit Quintilianus.

Qualia sunt etiã prophasis, propola & propõtis; licet hoc apud Maniliũ longetur, & Terentiũ prologus.

Et sic ab iis venientia vt profusus.

Hæc enim cum suis breuiantur.

rum vero tanta est prima, quanta sui pręsentis: vt Doceo, docui, Areo, Arui præter coegi, genui, posui: & potui primam breuiantia, quam in præsenti producunt. Supina bisyllaba longantur, vt Jusum. Demito Citum a cieo, es, Datum, Itum, Litum, a, lino, Quitum, Ratum, Rutum, Satum, Situm, statum, & Futum olim in vsu a Fuo, vnde Futurus prima breui, seruant enim, a supinis venientia eandem quantitatem præter staturus primam producens. Positione syllaba dicitur esse longa vbi duæ minimum consonãtes, vel duplex, vel geminata breuem in eadem dictione vocalem sequuntur, vt Abnuo, Axis, Mezentius, Maia, Iniicio, Relligio: Verum si post vocalem natura breuem alterã duarum consonantiũ cum Subsequente vocali syllabam constituentiũ, muta fuerit, & subsequens liquida; tum vocalis illa præcedens communis esse dicitur, vt Atlas, Tecmessa, & Cycnus, patris. Alioquin longa semper, vt Obruo, Matris. Deriuatiua sui primitiui quantitatem seruare solent. Si post eandem primam vocalem eadem remanet littera, vel positio esse non desinat: vnde Amor dicimus primam breuiare, quia est ab Amo: vt Contra Donum longare, quod sit a dono, nas. Excipiuntur tamen multa: vt Acerbus, Arena, Arista, Bubulcus, Dicax, Ducis nomen, Fatuus, Lotium, Lucerna, Manus, Nato, Odium, Sagax, si quidem sopor, soporo, vadum, uitium, & si qua sunt alia deriuatiua breuia, a primitiuis longis uel e contrario longa a primitiuis breuibus, vt brachium, feralis adiectiuum, Humanus, Humor, Iugerum, laterna, legis nomen, Macero, Nequam, pedor, petus, Priamides, Regum, Regis nomen, Remus, rethe, Secius, sedes, Totus, vena, vires, vocis nomen, & alia siqua sunt apud Poetas obseruanda.

Sic Poposci. Didici, Tetendi, &c.

Nam cogo, gigno, pono, & possum primã longant.

Nã citum, a cio, cis, producitur.

Ruitũ in simplici rectius at in composito Dirutum dicitur.

Et sic obiicio: adiicio, gemino ii, vt Reppulit, Rettulit, geminata consonante: cum aliter breuiarentur.

Nam in Obruo, & Abnuo prima est Ab, & Ob. In Matris natura longatur.

Et eo Mobilis, & Momentum non seruãt quantitatẽ verbi moueo a quo veniũt, & sic Anus, curulis, Disertus, Fragor, ligulla ofella.

Oculus: & in quibus positio nõ seruatur.

Hæc a me posita sũt, ex literarum ordine quo melius memoriæ mandentur.

Scito præterita perfecta plusquamperfecta omnia: & futurũ subiunctiui a, præterito pfecto Indicati-

Com-

Compositio etiam in multis primam monstrat syllabam : nam in composito simplicis quantitas seruari solet, unde prædiues, describo, & exares, ostendunt pronunciationem primã in Diues, scribo, & Areo, esse longam : ut contra Omnipotens, Adamo ; & perplacet, primam in placeo : Amo, & potens esse breuem. In his tamen obseruato Innuba, Pronuba, Fatidicus, & alia in Dicus, a dico composita. Quæ simplicis mensuram non retinent : cum Hæc, Nu, & Di, breuient. Nubo uero, & Dico producant. Connubium quoque notatur ; quod secundam uariat : & Ambiens participium ; ac Comitium quæ longant ; quam itum breuiat. Exemplo autẽ, quo nec ad syllabas cognoscendas, nec ad pangendos uersus quidquam est præsentis, nosci syllaba dicitur, cum in dubiis syllabis ad summorũ poetarum carmina confugimus.

ui formari, & eãdem retinere quantitatẽ. Cetera vero tẽpora quãtitatẽ præsentis. Sic Remouet, & Dedocet primam in doceo, & moueo esse breuem.

Vt Veridicus. Falsidicus, &c.

Cum a, supino Itum hæc facta sint.

De Mediis Syllabis.

Mediæ dicuntur omnes inter primam, & ultimam existentes, quę modis quinque dignosci possunt. Exemplo, Diphthongo, Positione, Vocali ante uocalem, & Recta pronunciatione. Exemplo ; cum ut modo diximus, ad probati poetæ carmen recurrimus. Diphthongo ; ut Comœdia, Matthæus longatur. Positione, ut superba, Amazon, quę longant penultimam ob sequentes consonantes : & Tenebræ : Volucres ; quę penultimam habent communem ; quòd post uocalem natura breuem muta cum liquida sequatur. Vocalis ante uocalem in mediis quoque corripitur : ut Filius, Annuit. Excipitur tamen Alius genitiuus semper longus : & illius, ipsius, istius, nullius, solius, totius, unius, & utrius : qui genitiui in metris mediam habent

In soluta tamen oratione (hæc in uersu cõmunia) pronũciãda sũt pro ui sua naturali, nõ aũt longa. Alterius etiã produci posse uoluit Terẽtianus : Tu tamẽ corripe semper.

Nã pręcedente con-

communem. In Genitiuis autem, & Datiuis quintæ declinationis, E, ante I, finalem, uocali altera præcedente, ut Diei, Faciei, producitur. Vocatiuus etiam Pompei apud Ouidium de ponto longat penultimam. Possessiua quoque in ius, producunt ante penultimam ut Acheloius, Minoius, & sic Achaia, Panchaia; & similia. Herous etiam, Lesbous, Myrtous; & obliqui ab heros, & Minos penultimam longant, & Item multa in Rius, ut Arius, Darius, Sperchius: cum propriis in Aus, ut, Nicolaus, Amphiaraus; & in Ael, ut Michael, Raphael; ac Femininis multis in ia, ut Argia, Elegia, Magia, Pœdia, Thalia, cum compositis, a, Mantia ut Geomantia, quæ penultimam producunt. & sic Alexandrea, Calliopea, Galathea, Medea, Panthesilea, Cytherea, & alia multa cum quibusdam in Aon. vt Imaon, Lycaon, & in Iō. vt Amphion, Ixion, Orion. Accusatiui quoque in ea, a nominatiuis in eus, diphthongum longant interdum penultimam, vt Ilionea petit, & Idomenea Ducem apud Virgilium, Chorea, Malea, Platea, pro latiori via, & Romphea variare penultimam dicuntur. & sic Pharaon, & Zebedeus. Aeneis etiam, Theseis, eiusmodiq. patronymica feminina, a masculinis in eus diphthongum ducta, variant penultimam. pronunciatio quoque Rectà ad medias dignoscendas valet plurimum, vt Idolum, Clandestinus, Mediastinus penultima longa, vt contra Crócinus, Adamántinus, Chrisállinus penultima breui. Antepenultima autem, & aliæ, si quæ sunt mediæ syllabæ, nosci poterunt, si vocem, vnde veniat illa, de qua agitur, inueneris aliquam vbi syllaba illa dubia, sit penultima, vt in Reuocauerimus quanta sit, ue, ostendet Reuocauero, quanta sit, ca, Reuocaui, quanta sit, Vo, Reuoco;

sonante ut Rei, Spei, Fidei, corripitur. Horatius, uero per synæresim dixit. Durus ait Vultei nimis: attentusq. uideri.

Et sic priamei, Rhodopeius & alia apud grecos scripta per, ει; uel; ηι; diphthōgum. Licet ī Sidon. in Darij; & Politianus in Michael penultimā corripuerunt.

Sic Deidamia, Hipodamia Laodamia, &c.

Sic Amalthea, Deiopea, &c.

Sic Amichaon.

Cremeteaon: Dydimaon: Lapythaō: &c.

Sic Echion; Hyperion; Arion; Pandion; &c.

Habent enim Ionice ει. ut βασιλεία.

Communiter corripiuntur. Ionice uero longantur, quia habent ει.

A nominibus.n. Materiarū; Gemmarum: Odorum, Colorum: & Vnguentorum facta nomina, breuiare solent penultimam;

neco, & sic per te in aliis complurium syllabarum dictionibus poteris diligenter obseruare.

De vltima Syllaba.

VLtima tribus nosci modis potest. Diphthõgo, vt Musæ; licet sequente vocali interdũ correpta legatur. Vt Insulæ Ionio in magno. Positione, vt, Docent, Aiax, quæ sit etiam in duabus dictionibus, si desinens in consonantem excipiatur, a dictione incipiente similiter, a consonante, vt Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant. aliàs minime, etiam si post breuem vocalem finalem sequeretur dictio, a duplici, seu pluribus consonantibus incipiens, ut Aequora, Xersem, Nemerosa Zacinthos, Igne Smaragdos, fastidisse Strabonem. Regula, Ablatiui in A, omnes, & Itidem vocatiui, a nominatiuis in as, vt o, Aenea, cum monosyllabis omnibus longantur. Numeralia in ginta, ut triginta ponuntur ad placitum: cetera omnia in a, per casus declinata breuiantur. Reliquæ vero orationis partes in a, producuntur: præter Eia, ita, quia, & puta, quæ breuiantur. B, D, M, T, corripiuntur, nisi præcedat diphthongus, ut, aut, Haud, uel adsit positio, vt stat casus. Tunc enim longantur: si vero fiat syncopa vt, Obit pro Obiit, variare leges. Barbara etiam in B, ut Iob, & Iacob, produci dicuntur, C, longantur, præter nec, & donec breuia. Hic autem pronomen, lac, & fac com[m]unia esse perhibentur. E, in monosyllabis lon[ga] est: pæter que, ve, coniunctiones: Ne pro, An, [&] ce, Te, pte, syllabicas adiectiones: ut hisce, Tute, meote. Plurisyllaba uero in E, breuia sunt, vt Mare, Dante, Rite. Excipiuntur omnes casus tã primæ declinationis uel, æ, diphthõgus sit, ut, Poetæ, uel, e, a græco, η, factum,

& sic Diutin⁹: & Serotinus; &c.

Sic in solicitudinibus; quantę sunt ci; tu; demonstrant solicitudinis; & Solicit⁹; & SicMedicus; quãta sit di; in medicina; Aene. lib. 2.

Etsi legat̃ vnde scissa coma: & Ecce stagna vt notauit Terẽtianus, more græco. Licet Vltra, cõtra & frustra breuia quandoque lecta sint: & Eia Lucr. lõgauerit. Vsum enim nos docemus.

T. quandoque leges longũ in cæsura. vt Nam tibi tymbre caput euandrius abstulit ensis.

Et si Victorinus corripi tantum voluerit Lac, & probus. Ac & Hoc pronomen Face que legi velit ꝑ Fac vbi corripitur.

Nam apud Iuuenal. calpe relicta, a, calpis ntõ esse volunt.

vt Tisbe, & Penelope: quam etiam quintæ, vt, die, & Re, cum compositis, ut, Quare, Hodie, pridie, quotidie, &c. Fame etiam, quòd quintæ olim fuerit inflexionis longatur. & sic Mele, cæte, Tempe, & huiusmodi neutra pluralia, cum secundis personis singularibus presentis Imperatiui actiuæ vocis verborum secundæ coniugationis, vt Doce. Aduerbia quoque à datiuo formatã o, in e, producuntur: vt Docte, Egregie, Pie, Optime, Minime, licet etiam pro non accipiatur. Demitto tamen ex his bene, & Male, quæ breuiantur. Longã sunt etiam Apprime, ferè, ferme, sane, & valde cum his interiectionibus, Ahe, Ohe, & Pape. Cetera omnia, ut diximus, breuia sunt. G, & P, Terminata, si quã nunc sunt, & H ----- longa esse dicuntur: vt Ah, vah, volup. & Barbara vt Loth, & Ioseph. I, finita producuntur omnia præter datiuos, & vocatiuos à nominatiuis in is, vt, Paris, Thebais, Nereis. Eximuntur itẽ datiui à nominatiuis in as, ut Pallas, Troas, quorum omnium nominatiuorum in is, & in as, genitiui in dos, breue apud græcos, apud nos vero in dis, desinunt: vt Paridi, Troadi, o, Alexi, o, Thebai, o Theti. qui breuiantur. Mihi, Tibi, Sibi, vbi, Ibi, & Cui quando est bisyllabum, variant vltimam, & sic nisi, & quasi: licet hæc duo frequentius corripiantur. L, breuiatur, ut Animal, fel, vigil, pol, & consul. Demitto Nil, Sal, Sol, Tanaquil, & hebræa, ut Daniel, Israel. quę longantur.

N, producitur, ut, Titan, Lien, Sin, Non, Actæon, Corydon, Epigrammaton, & similia: Demuntur tamen Accusatiui in An, à nominatiuis nominum in A, vt Eginan, Ossan, & accusatiui in, in, vt Alexin, Ibin, Parin, Thetin, & Itidem nominatiui, & Accusatiui in on, nominatiuum secundũ apud nos inflexionis: vt, Barbiton, Ilion

Sunt ét qui tabe cõmune esse ducant.

τίμπη n. grece dicitur t...ttæ contractione a, τίμπια & sic μέλη.

Nam Vale, ferue, & Caue, a uerbis tertię cõiugationis esse uolunt, ubi breuiantur. nõ sequente uocali.

Superlatiui aduerbia undecunque sint longantur.

Licet Fere apud Sid. semel breuietur.

Nam Age, forte, Inde, mane, Nepe, quippe, Vnde, &c. omnia Aduerbia breuia sũt,

Et si Lucr. corripuerit Veluti, & Cat. dixerit, Credimus An qui amant ioli sibi somnia fingunt.

Licet apud Catull. Thetidi, longari legatur semel.

Et si Aldus cõtra Enniũ produci pol scribat, & Iuuencus, Sidoniusq; Israel breuiarint.

Hæc enim nomina apud græcos scribuntur per ω, & sic eiusmodi genitiui.

Licet Ouid. Electrã

Ilion, Pelion, & nomina in En, habentia genitiuum in Inis, vt Crimen, Flamen. hæc enim omnia corripiuntur: & sic In, præpositio cum compositis Dein, exin, proin, subin: & Itidem An, tamen, attamen, forsan, forsitan; & quæ per Apocopen habent N, vt Ain: Scin: Vin: Viden: Egó, Men: Ten: & Satin; breuia sunt.

O monosyllaba longantur; vt Do, Pro. plurisyllaba vero si feminina fuerint nomina græca habentia apud illos genitiuum in us, vt Alecto, Clio: Dido, longa sunt tam in nominatiuo: quam in accusatiuo. Vocatiuus etiam in o, græcus, vt, Androgeo producitur, & sic Datiui, & Ablatiui Latini, vt Domino, docto: Eaq. Aduerbia, quæ a nominibus ducta sunt; vt Tanto, quanto, denuo, certo, falso, paruo, & vero. Ex his tamen excipiuntur Crebro, Mutuo, Sero, & Sedulo, quæ variant vltimam; & sic Gerundium cum ceteris omnibus dictionibus in o, præter supradictas, vel nomina illa sint, vt Cato, & Ambo, vel verba vt Canto, vel aduerbia, vt quando profectò, vel coniunctiones vt vero, Ergo. Omnia, inquam hæc cõmunia sunt: præter Cedo pro dic, Duo, Cito, Ego, Illico, & Modo cum compositis; vt dummodo quæ corripiuntur: & Sic, Scio, & Nescio Auctore Seruio. At ergó pro caussa circumflectitur R, corripitur, vt Mater, Legar, semper. Excipe cur, Far, Fur, Hyr, Lar, Nar, Par, Ser, Ver, & Itidem Aer, & Aether, Caracter, ...oque, ac Crater, Iber, Panther, Stater, cete...q. in Er, habentia genitiuum in eris, penultima longa: Hæc enim omnia producta sunt. Quia habent nominatiuum Hr, apud græcos, cor apté commune esse dicitur, licet sæpius breuietur, as producitur vt Aeneas, Amas, Cras, Demitto nominatiuos facientes genitiuum in adis, & apud græcos in Ados, vt Arcas, Decas, Pallas quia bre-

in cæsura longarit.

Sic & corripito Glycerio, Erotio, & simi lia nomina feminina. Hor. tamen longauit Nemon.

De o, aduerbio, & p præpositione dixim' supra.

Sic Clotho, Echo, Hero, Io, Sappho, &c. longantur; quia habent ω nega.

Licet Victorinus De nuo dactylum esse di xerit.

Gerundium uero in o, longatur tantum. Licet quando frequẽtius corripiatur.

Ego uariare leges in cæsura: Nec mirum si lõgatur cum apud græcos scribatur per o, magnum.

A uocatiuo. n. μητηρ: & πατηρ. fiũt Latini nominatiui Pater & & Mater.

Composita tamen à, par breuiari quando que leges.

Martialis tamen corripuit Celtiber, Virgilius dixit Omnia uincit Amor & nos, &c.

uiantur: & sic accusatiui Græci in AS, nominum tertiæ declinationis apud nos, vt Aonas, Crateras, Heroas, Troas, & similes corripiuntur.

Es, longatur vt Dies, lybies, genitiuus, Doces, Toties. Tolluntur tamen penes præpositio, Inquies nomen, Es, a, sum cum compositis: vt, Abes, & Nominatiui crescentis genitiui penultimam breuiantes: vt Diues, Deces, & similes, qui breuiant vltimam: præter Abies, Aries, Ceres; fides, paries, Pes, Res, & spes cum compositis, qui longantur. Nominatiui etiam in Es, generis neutri, vt Hyppomanes, breuiantur: & Itidem Nominatiui, & Vocatiui plurales nominum græcorum tertiæ apud nos declinationis, & in genitiuo singulari crescentium: vt Arcades, Britones, Cyclopes, erinnyos, Syrenes, Tripodes, & huiusmodi. Masculina etiam corripiũtur a nominatiuo in AX, vt Thraces, & alia permulta, vt, cares, de quibus dari certa regula non potest, & eò obseruanda sunt apud bonos poetas. Is corripitur, vt Ignis, quis, mis, tis, eis, Nominatiui tamen penultimam sui genitiui crescentis lõgantes: vt, Dis, Eleusis, Glis, lis, pyrois, Sannis, Simois producuntur: & sic datiui, & Ablatiui omnes in is, vt Dominis: & quis. Cum accusatiuis pluralibus, a, genitiuo in vim, vt Omnis: & Tris, & vocibus singularibus secundæ personæ verborum quartæ coniugationis, vt Audis, is, N… scis, & sic vis tam verbum, quam nomen, & … cum suis compositis vt possis, & Mauis: quibus … dito Faxis, Fis, Malis, Nolis, Velis, & coniu… ctiones, vt Quamuis. Hæc enim omnia productam habent finalem. Os, finita longantur tam latina, vt Os, oris, quam græca ut Athos, Heros & alia huiusmodi habentia apud illos, o, magnum. In latinis tamen excipiuntur Compos, Impos, & os, ossis, cum composito exos. In Græcis

ecro

…ic breuiabis Olym…ias, lampas, Mænas, …leias, &c.
…ic Delphynas, Phry…as, Troadas, Erin…yas, &c. corripito.
…uere qui inquies ꝑ…uci uoluerint; & …laccus lõgauit Es. …b. 7.
…Quãuis Bipes; & Tri…es. apud Ausonium …reuientur.
…Victorinus lues cor…ipi dixerit.
…Manil. tamen semel …lõgauit Bis. & Lucan. …Sanguis in cæsura. …quo modo leges etiã …quandoq. longari De…leris, & huiusmodi.
…uoces subiunctiui; li…et natura breuient: …Sunt qui contra Ser…uium uelint hos ac…cusatiuos per ει, di…phthongum græcam …scribi.
…Licet Iuuen. per sisto …en dixerit: cum pos…is honesti illic, &c.
…Sic Arbos, Androge…os; Minos; Nepos; …Tros; &c. longabis. …Sic Æneidos; Palla…dos; Theseos; The…thyos; &c. breuiato.

vero demuntur habentia os, per o, paruum, uel in genitiuo, ut Arcados, Orpheos, vel in Nominatio primæ declinationis contractorum apud illos, vt Argos, Chaos, Melos. Aut quartæ Aequisyllabicæ, vt Abydos, Delos, Ilios, Lesbos, Lemnos, Samos, & similia, quæ omnia breuiantur. Vs, in Monosyllabis producitur, ut Grus, & plus. In plurisyllabis vero longi sunt Nominatiui Latini Genitiui sui crescentis penultimam producentes, vt palus, salus, virtus. Et qui Vocatiuum habent in eu, vt Orpheus, Theseus, quia diphthongus est: Genitiui item singulares cum nominatiuis, accusatiuis, & vocatiuis suis pluralibus quartæ declinationis producuntur, ut Manus, & visus: & sic Nominatiuus, vel à græco, in ως, sit factus, vt Androgeus, vel à græca diphthõgo, ους, vt Iesus, Amathus, & Melampus. Genitiui etiam in us, à nominatiuis græcis femininis in o, magnum, longi sunt, ut Clius, Didus, & Sapphus. Cetera vero omnia in us, breuiantur, ys, corripitur vt Clamys, præter nominatiuos habentes genitiuum in yos, vt Thethys, & Erinnys: qui producuntur. V, longatur ut cornu, Y, vero finita breuiantur, ut Moly, & Epy.

Sic Aglauros; Naxos; Tenedos; &c. corripe.
Sic Mus; Pus; Sus; Thus; &c. producas; Licet Hor. breuiarit palus.
Sic οἱ δίποδες & τρίποδες licet cõposita à ποὺς quandoque corripiantur, o abiecto more Aeolico, ut οἱ δίποδες ut etiam λαγόπους à λύθω.
Non enim inuenio seruatum quod dixit Diomedes.
Nominatiuum: accusatiuum; & uocatiuũ in u; breuiari.

De Versv Hexametro.

Hexameter Versus, a, sex mensuris dictus sexto loco spondeum semper amat, quinto Dactylum: in ceteris ambos indifferenter admittit: & quando omnes: præter vltimum, sunt Dactyli, dicitur Dactylicus: vt panditur interea domus Omnipatentis, Olympi: Vt contra spondaicus appellatur, ubi omnes sunt spondei, quales fuisse antiquitus Hexametros asserunt: vt Olli respondit Rex Albai longai. Donatianus cũ etiam versum vocat spondaicum: qui spondeum quin-

In hoc scãdendo primum pueris sextus; & quintus est segregandus ab aliis; qui cõmunes sunt; Dein Reliquũ in quattuor pedes partiẽdum ex pedum, & syllabarũ legitima mensura.
Scito I omnibus uer-

to loco habet, vt Cara Deum soboles magnum Iouis incrementum. Quod fieri dicunt veteris possessionis retinendæ gratia, ne penitus ab eo loco spondeus recessisse videatur.

fibus ultimã esse ad placitum.

Nunc ex omnibus spondeis non est in usu.

Pentameter, quòd quinque constet pedibus, sic vocatus, in primis duobus indifferenter recipit Dactylum; & spondeum; deinde syllabam longam Orationis partem terminantem: ni cadat in monosyllabam: & hæc dicitur cæsura, seu pentemimeris: postquam duos poscit Dactylos cum altera syllaba finali, vt Nil mihi rescribas, attamen ipse ve, ni. Qui tamen potest altero quoque modo scandi, vt post illos duos primos pedes communes facias spondeum, & post eum duos Anapestos, & eò forsan Catullus eam cæsuram fecit quandoque in prima, & media dictionis syllaba, vt speraret nec linguam esse, nec auriculum, Troia virum, & virtutum omnium acerba finis.

In hos etiam scandẽdo proprij pedes sũt a communibus separãdi: quo facilius deinde quod restat in suos pedes legitime diuidatur.

Ex duabus illis cæsuris fit pes unus; & sic quinque.

Hi tamen cum duriusculi sint; nõ sunt in usu.

Phaleucium, Metrum, a Phaleuco inuentore, & Hendecasyllabum ab vndecim, quibus constat, syllabis, appellatum, spondæo gaudet, Dactylo, & tribus trocheis, vt cui dono lepidum nouum libellum? Admittit tamen non numquam in primo Iambum quoque, & Trocheum, vt Arida modo pumice expolitum: Meas esse aliquid putare nugas apud Catullum.

Vi Mecæ; nasata; Vis; edite; regibus.

Asclepiadeum ab Asclepiade nuncupatum, spõdæum sibi primum poscit, deinde duos choriambos, vltimo pyrrichium, vt Mecæ, nasatauis, ete re, gibus. At potes etiam in spondæum, dactylum, cæsuram, & duos vltimo dactylos diuidere, qui scandendi modus est facilior.

Vide apud Hor. ode. 2. primi libri.

Saphicum hendecasyllabũ delectatur Trocheo, spondæo, Dactylo, & duobus trocheis, vt Iam satis, terris, niuis, atque diræ cui quarto loco solet.

A do-

Adonium adiungi ex dactylo, & spondæo. vt, terruit vrbem.

Glyconicus autem versus fit ex spondæo, choriambo, & pyrrichio, vel qui facilior est scandendi modus, ex spondæo, & duobus Dactylis ut, Sic te diua potens Cypri.

Pindaricus vero duobus ingreditur dactylis, duobusq. trocheis, vt Flumina constiterint acuto.

Et hæc satis superq. sint adolescentibus ad maiora aspirantibus, quos tamen ignorare nolim quattuor in versibus notari cæsuras tritimimerim in tertia, a principio syllaba, vt Musa mihi. pentemimerim in quinta: vt Arma virumque cano. Heptamimerim in septima, vt. Arma virumque cano Troiæ: & Enneamimerim. in Nona, vt pro molli uiola, pro purpureo narcisso, vbi tres sunt cæsuræ, & sic in hoc: Muneribus, tibi pampineo grauidus Autumno. In quibus cæsuris syllabam quandoque natura breuem longari inuenies: ut liminaq. Laurusq.. Omnia uincit amor & nos.ced.&c. Et furiis, agitatus amor. & conscia uirtus, &c.

In his autem Syllabis enumerandis scito duas breues pro una longa haberi: & de longis est intelligendum.

Quinaria.

Septennaria.

Ne quid præterea desideres ad ediscenda metrices Artis principia necessarium: uolui etiam breuiter usitatos hic pedes omnes annotare quorũ alij simplices xij. Disyllabi quattuor, & octo trisyllabi.

Bisyllabi autem sunt.

Bisyllabi quattuor simplices.

Pyrrichius ex duabus breuibus, quam dibrachũ, i, bibreuem: & Aegeona etiam uocant.

Pyrr. ∪ ∪.

Spondæus ex duabus longis.

Spond. - -.

Iambus ex breui, & longa: & ei contrarius Trocheus ex longa, & breui, qui Choreus quoque uocitatur.

Iamb. ∪ -.

Troch. - ∪.

Trisyllabi uero sunt. Tribrachus ex tribus breuibus.

Trisyllabi 8. simplices.

Trib. ∪ ∪ ∪.

Dactylus ex longa, & duabus breuibus.

Dact. - ∪ ∪.

Ana-

Anap. vv-. Anapestus ex duabus breuibus, & ultima lōga.

Bach. v--. Bacchiu. ex breui, & duabus longis.

Palimb. --v. Palimbachius, qui Antibachius quoque dicitur ex duabus longis, & breui.

Cret. -v-. Creticus, a multis Amphimacrus nuncupatus ex longa, breui, & longa.

Amphib. v-v. Amphibrachus ex breui, longa, & breui.

Moloss. ---. Et Molossus, ex tribus longis.

Duplices 16. & quattuor syllabarum. Alij autem sunt 16. & omnes quadrisyllabi: qui duplices dicuntur pedes.

Proceleus. vvvv. Proceleusmaticus ex quattuor breuibus.

Dispondæus ----. Dispondæus ex quattuor longis.

Diiambus v-v-. Diiambus ex duobus Iambi, breui, longa, breui, & longa.

Dichoreus -v-v. Ditrocheus, qui Dichoreus etiam uocitatur, ex longa, breui; longa, & breui.

Pæan primus -vvv. Pæan secund. v-vv. Pæan 3. vv-v. Pæan 4. vvv-. Pæones, qui & pæanes, dicuntur a Thrasimacho, ut aiunt, inuenti: quorum quadruplex est ratio. Nam pæon primus constat longa, & tribus breuibus: Secundus uero ex breui, longa, & duabus breuibus.

Tertius ex duabus breuibus, longa, & breui.

Pæon quartus ex tribus breuibus, & ultima longa. Quibus opponuntur quattuor.

Epitrit. prim' v---. Epit. 2. -v--. Epit. 3. --v-. Epit. 4. ---v. Epitriti, Qui Hippij quoque cognominantur & primus quidē ex breui cōstat, & Tribus lōgis. Secūdus ex longa, breui, & duabus lōgis. Tertius ex duabus lōgis, breui, & lōga. Quartus ex tribus lōgis, & ultima breui. Sunt itē Ionici duo unus Maior seu a maiori dictus ex duabus breuibus, & duabus longis. Est etiam Choriambus ex longa duabus breuibus, & longa, & qui ei opponitur, Antispastus ex breui, duabus longis, & breui.

Ion. Maior --vv. Ion. Minor vv--. Choriambus vv--. Antispast. v--v.

Ceteros quinque, & sex syllabarum, a quibusdam enumeratos, omisimus, tum breuitatis gratia, tum quia pedes esse multi negant.

FINIS.

FRANCISCVS SANCTACRVCIVS MONTONENSIS

Ad Stvdiosos.



Hic modus, hæc ratio est faciendi carmina culta
Quam multis alij vix docuere libris.
Eia age rumpe moras omnes studiosa iuuentus,
Et Saxi, egregij perlege scripta viri.
Nam te hedera subitò ornabit, Lauroq. virenti
Saxus, cui Musæ, & magnus Apollo fauet.

D. BEVENIATES
Parisiolus.

A superis hucusq. datum scandentibus alta
Culmina Parnasi lambere fontis aquas.
Quo crebro menses frustra sumuntur, & anni,
Frustra quoque, ac ætas, diuitiæq. simul
At modo musarum flumen de fonte perenni,
Et labor huc Saxi duxit, & ingenium.
Tolle moras igitur sacras has sumere lymphas.
Qui famam, & laudis præmia digna cupis.

IACOBVS FELICIVS Perusinus.

Grammatices monumenta velit qui discere cūcta,
Hunc emat, & paruo tempore doctus erit.
Hic quæ alij sparsim, & longis dixere libellis,
Ordine nam facili discere cuncta potest.

DEIPHOBVS LVCARELLVS Camers Ad Lectorem.

Lector Candide, Prata sat biberunt.
Saxus, iam, superis, ferens tonantem,
Aspirantibus, hoc opus peregit.
De quo tale canit Sybilla carmen.
Saxo liuidus inuidebit isti:
Saxum Sysiphe quandiu reuolues.

LAVS DEO.

FLORENTIAE.

In Officina Georgii Marescoti.

MDLXXIIII.


ET. POTEST. ET. VVLT.
G M

